

**Alubater, *De nativitatibus***

Author: Abū Bakr al-Ḥasan ibn al-Khaṭīb, active in the first half of the ninth century.

Original title: *Kitāb al-Mawālīd* ('Book of Nativities').

Translation: the text was translated by Salio of Padua in or around 1218.

Significance: the work is extant in a least seven manuscripts and four early printed editions from 1492 to 1540.

Contents: a treatise in 206 chapters on nativities (birth horoscopes) providing answers to a wide number of questions pertaining to the twelve houses.

Reproduction: Nürnberg, Iohannes Petreius, 1540 [Warburg, FAH 900].

Title: *Alubater magni Alchasili filius de nativitatibus*.


Inc.: 'Quid scire oporteat eum, qui nativitatum iudicia constituere vult. Primum quod facere oportet in nativitate, est ut accipiamus gradum ascendentis...'

Expl.: '... et coram eo humiliabuntur, si Deus voluerit. Explicit liber Alubatris nativitatum magni Alchasili filii.'

Bibliography: F.J. Carmody, *Arabic Astronomical and Astrological Sciences in Latin Translation. A Critical Bibliography*, Berkeley-Los Angeles, 1956, pp. 136-137 (nr. 1); F. Sezgin, *Geschichte des arabischen Schrifttums*, VII, Leiden, 1979, p. 123 (nr. 1.3) (D.J.).



copy for study purpose only - The Warburg Institute Digital Collectio



f  
a  
h  
900



107115J

f  
a  
h

# ALBVBATRIS

Astrologi diligentissimi, Liber  
GENETHLIACVS,  
sive De natiuitatibus, non solum in=  
genti rerum scitu dignarum  
copia, uerum etiam iucun=  
dissimo illarum ordi=  
ne conspicuus.

900



M. J. M. Sprünge

Erasmus 1541

247

Norimbergæ apud Ioh. Petreium,  
Anno M. D. XL.

1540

1540  
H. Thaler XII  
Mendelset 148  
Jorotanus  
Ubelius et Libanus 200

I O H. P E T R E I V S  
candidis lectoribus S.



**M**ULTAE sunt causæ, quæ me mouent, ut Astro-  
nomiam unâ cum Astrologia, pro mea uirili ex-  
colendas esse putem. Nam inter artes liberales  
Astronomia principem locum obtinet, innumera-  
bilesq; utilitates rebus publicis affert. Et quod  
præcipuum est, nulla alia earum artium quæ humana ratione  
comprehendi possunt, hominem ad cognitionem ueri Dei alti-  
us atq; certius euehit, q̃ Astronomia: id quod nō solum Plato,  
philosophus grauissimus testatur, uerum etiam diuus Paulus  
subindicat, cum ad Rom. scribens, inquit: Inuisibilia Dei eiusq;  
æternam potentiam ac diuinitatem ex creatione mundi perspi-  
ci. Est autem cœlum præstantissima pars mundi, cuius nulla  
exactior aut nobilior cognitio ab humana ratione proficisci  
potest, quàm si motuum eius rationem, ordinem, & constanti-  
am deprehenderimus. Quibus perspectis, facile constabit, ab  
æterna mente conditum gubernari. Verum Astronomiæ maie-  
stas sublimior est, quàm ut à rerum imperita iuuentute intelliga-  
tur. Quare ne illius difficultate deterreatur, pedissequam illius  
Astrologiam, ceu fructum ac mercedem quendam illi adiun-  
gendam esse putamus, quæ & ipsa multas affert utilitates. In  
qua cum hoc tempore aliquid typis excudere uellemus, cōmo-  
dum ad manus nostras puenit, Alubatris Liber genethliacus,  
siue De natiuitatibus inscriptus: quem nō solum propter rerum  
copiam & authoris diligentiam, cæteris præferendum puta-  
mus, uerum etiam propter iucundam ordinis nouitatem. Ita  
enim rerum per stellas significatarum ordinem secutus est, ut  
tamen ordinem Domorum non inuerterit. Hunc si obuijs ma-  
nibus exceperitis, me ad alia plura uobis impertienda inuita-  
bitis. Valete & fruimini.

*Sept. 1702*

**C A P I T V L O R V M.**

**De infortunio & casu fratrum.**

**152**

**Capitulum in quarta domo.**

<b>De progressionem nati ex ventre matris, utrum fuit cita uel tarda.</b>	<b>153</b>
<b>De exaltatione parentum.</b>	<b>154</b>
<b>De casu uel depressione parentum.</b>	<b>155</b>
<b>De amicitia &amp; inimicitia nati cum parentibus.</b>	<b>156</b>
<b>De fortuna nati cum parentibus.</b>	<b>157</b>
<b>De natis pecuniam parentum dissipantibus.</b>	<b>158</b>
<b>De fortuna parentum nati.</b>	<b>159</b>
<b>De labore &amp; impedimento parentum nati.</b>	<b>160</b>
<b>De morte parentum nati.</b>	<b>161</b>
<b>De statu matris.</b>	<b>162</b>

**Capitulum in quinta domo.**

<b>De natis filiis carentibus, aut paucos filios habentibus.</b>	<b>163</b>
<b>De numero filiorum.</b>	<b>164</b>
<b>De hora uel tempore quo natus filios habebit.</b>	<b>165</b>
<b>De læticia nati cum filiis.</b>	<b>166</b>
<b>De labore nati cum filio uel filiis.</b>	<b>167</b>
<b>De fortuna filiorum nati.</b>	<b>168</b>
<b>De labore filiorum nati.</b>	<b>169</b>
<b>De morte filiorum.</b>	<b>170</b>

**Capitulum in sexta domo.**

**Capitulum in septima domo.**

<b>De natis uxore carentibus.</b>	<b>171</b>
<b>De coniugio uenustatis &amp; bonarum mulierum.</b>	<b>172</b>
<b>De coniugio prauarum mulierum &amp; meretricum.</b>	<b>173</b>
<b>De matrimonio nati cum uetulis, turpibus &amp; sterilibus.</b>	<b>174</b>
<b>De coniugio nati cum ancillis.</b>	<b>175</b>
<b>De natis contra legem nubentibus, aut mulieribus prohibitis iacētibus.</b>	<b>176</b>
<b>De fortuna nati circa mulieres.</b>	<b>177</b>
<b>De infortuna nati circa mulieres.</b>	<b>178</b>
<b>De natis qui secrete cum mulieribus fornicantur.</b>	<b>179</b>
<b>De natis quorum uxores prius morientur.</b>	<b>180</b>
<b>De numero uxorum nati.</b>	<b>181</b>
<b>De tempore quo natus uxorabitur.</b>	<b>182</b>

**Capi**

I N D E X    C A P I T V L O R V M.

Capitulum in octaua domo, quæ mortis dicitur significatrix.

De natis mortem timentibus.	
De natis qui aliqua ægitudine morientur.	183
De natis qui mala morte morientur.	184
De natis qui morte subitanea morientur.	185
De natis qui in aqua morientur.	186
De natis qui per ignem morientur.	187
De natis qui cadendo ab altis morientur.	188
De natis qui ueneno uel toxico morientur.	189
De natis qui à bestijs comedentur uel interficientur.	190
De natis qui gladio morientur uel suspendentur.	191
De natis qui se interficient.	192
De natis qui occasione mulierum morientur.	193
De natis quorum mors erit secreta.	194
De natis qui in terra uel patria sua morientur.	195
De natis qui extra patriam aut in loco extraneo morientur.	196
	197

Capitulum in nona domo, quæ itinerum est significatrix.

De natis qui in itineribus suis morientur, aut ab eis nuncq̃ reuertentur.	198
De natis qui in itineribus suis reuertentur.	199
De natis qui damna & infortunia occasione itinerum incurrent.	200

Capitulum in decima domo, quæ dominij a honoris  
nati est significatrix.

Capitulum in undecima domo, quæ amicorum est significatrix.

De amicitia regum aut uirorum sublimium erga natum.	201
De amicitia hominũ malorũ & uilium & quorundã aliorũ erga natũ.	202
De fideli & bona nati amicitia.	203
De natis qui discordiam cum amicis habebunt.	204
De natis qui malum ab amicis suis recipient.	205

Capitulũ in duodecima domo, quæ est inimicorũ significatrix.

De natis qui inimicos suos in potestate sua habebunt.	206
---	-----

ALVBATER

F I N I S.



# ALBVBA TER

MAGNI ALCHASILI FI

LIVS, DE NATIVITATIBVS.

Quid scire oporteat eum, qui natiuitatum iudicia constituere uult.



**P**RIMUM quod facere oportet in natiuitate, est ut accipiamus gradum ascendentis & eius minutum, nec non gradus aliarum domorum res nati significantium, sicut eius uitam, pecuniam, fratres, parentes, filios, ægrotudines, coniugia, mortē, itinera, reges, amicos & inimicos. Oportet te etiam uerificare planetas, scias ergo eorum motus, ut puta eorum longitudinem & latitudinem, orientalitatem & occidentalitatem, stationes, retrogradationes, nec non eorum ascensus & descensus, & qui eorum sunt fortes aut debiles, leues & ponderosi, superiores & inferiores, fortunæ & infortunæ, ac eorum gaudia, & qui etiam sunt boni animi uel mali, masculini aut fœminini: Nec non eorum alligationem & separationem, Alichel & Alicher, mutationes eorum, reuersiones, receptiones & coniunctiones luminū eorū. Similiter scire debes aspectus unius eorū ad alterum, uidelicet dextrum & sinistrum, trinum, sextilem, quartum & oppositum, atq; projectiones radiorum, domos, exaltationes, terminos, facies & triplicitates, atq; eorum Algebutar: nec non eorum adiectionem & diminutionem, amicitiam, inimicitiam & eclipsem, & quis sit superaddens uel minuens in cōputatione atq; eorū complexione. Præterea cognoscere debes signa stabilia, mobilia & communia, directe ac tortuose ascendentia, & quæ ignea, aerea, aquea, aut terrea: nec nō colores & formas eorum, orientalitatem & occidentalitatem, & quæ sunt meridionalia, aut septentrionalia, uernalia aut æstiuaria, autumnalia uel hyemalia: nec non eorū gustus & odoratus, gradus eorum lucidos & tenebrosos, uacuos & fumosos, atq; gradus umbræ siue umbrosos, uentosos & nō uentosos, gradus etiam Azemena ac Puteales, qui dant cronicas ægrotudines. Postmodum scire oportet modos, significationes, & partes Beibenias, id est, stellarū fixarum primæ uel secundæ magnitudinis. Non obliuiscaris etiam statum Lunæ, sicut eius additionem & diminutionem, ac itineris sui æqualitatem & inæqualitatem: nec nō aptationē eius, uacuitatem, absconsionē & apparitionem, atq; locum eius in finibus signorum ac terminis tam fortunarū quàm infortunarum; nec non coniunctionem eius, uel aspectus ad fortu-



## A L B V B A T E R

nas uel infortunatas hora natiuitatis, & etiam per 40 dies ante uel post natiuitatem, atq; conjunctionem eius & oppositionem cum Sole. Scire debes etiam nati formam & genus eius, & si natiuitas est de homine, uel de alio animali, aut uolatili, seu piscibus. Modo sequitur ordo prædictarum domorum 12. Aspice etiam horam casus spermatis in matricem, & moram nati in uentre matris, & si partus erit uelox aut tardus, & utrum nascatur abortiuus, an ipsa hora morietur uel utrum diu uiuet, aut breuem habebit uitam. Nec non modum nati in sua natura & complexione, eiusq; fidelitatem atq; infidelitatem, scientiam uel stulticiam, pulchritudinem aut turpitudinem, obedientiam & inobedientiam, tarditatem eius in rebus & uelocitatem, audaciam & timorem, duritiam eius in sermone & lenitatem, Alacritatem, iram & tristitiam, dispositionem eius in corde ex his quæ de eo dicuntur, ac indispositionem, mendacium & ueritatem, fortitudinem & debilitatem, largitatem & auariciam, humilitatem & superbiam, uerecundiam & inuerecundiam, fortunium & infortunium. Scire etiam per dictas obseruationes poteris, utrum natus erit diues uel pauper, ac per quem modum lucrari poterit uel amittere, & cuius magisterij erit, & qualiter in pueritia sua se habebit, & si ille, qui eum nutrit, sit pater eius uel nō. Scire etiam poteris statum fratrum eius, tam maiorum quàm mediorum ac minorum, & etiam statum sororum eius, uel quot erunt fratres uel sorores, & quis eorum ante uel post ipsum morietur, nec non statum amicitia & inimicitia, lucri uel damni eorum ad inuicem, et si fratres nati habebunt hæreditatem eius, uel ipse hæreditatem eorum, & quis de fratribus erit diues uel pauper. Scire etiam poteris parentelam parentum nati si sint parua uel magna progeniei, & utrum sint unius status uel diuersorum, & quis eorū sit maior alio, scilicet pater aut mater, & si natus ab illis diligetur, uel non, & si nutriant ipsum uel ponent in uia. Nec non quis parentum magis eum diligit, & cui eorum erit magis similis, scilicet patri aut matri, aut fratribus. Et si pater eius erit infirmus infirmitate curabili uel incurabili, et similiter mater, & quis prius morietur, & qua ægritudine erit mors eorū, et si natus habebit hæreditates uel nō, & quando, nec nō quid parentes de lucro uel labore à nato habebūt, & utrū natus cū eis remanebit, aut ab eis separabitur. Scire etiam poteris utrum natus sit aptus ad habendum filios uel non, & si aptus, utrum filias habebit, & quo tempore; Nec non quot erunt masculi & foeminae, si uiuent uel non, si proficient uel non, & qui ex eis eleuabuntur uel deprimentur. Et si masculi erunt foeminis fortiores uel debiliores, nec non qui filiorum erunt fortunati uel infortunati, liberi aut serui, & si ante ipsum morientur uel ipse ante eos. Scire etiam poteris statum ægritudinis nati, & ubi erunt ægritudines eius, & quo tempore, & utrum ægritudo erit in corpore uel spiritu, & in quo membro. Scire etiam poteris coniugium nati, utrum habebit uxorem uel non: Quod si uxorem habere debeat, quomodo eā accipiet, & utrū uxor erit maioris progeniei, uel minoris ipso, si erit puella uel non, parua uel magna, nobilis uel popularis

D E N A T I V I T A T I B V S .

popularis, libera uel ancilla, & si cum ipso erit fortunata uel infortunata, aut si ipse cum ea lucrū uel damnū consequetur, aut si erit fornicatrix uel nō, si ipsa diliget eum uel non, si natus erit in potestate uxoris, uel uxor in potestate nati, si natus erit zelotypus de uxore uel confidet de ea, si multum curabit de ea uel nō, si uxor erit sana uel ægra, & quot habebit uxores, de qua habebit filios, nec nō si ante uxores morietur uel nō. Scire etiā poteris bene, qualiter erit mors nati, si interficietur ab alio uel nō, si morietur per se naturaliter aut turpi morte, si morietur in terra sua aut in terra aliena. Scire etiam poteris eius itinera, & si itinerabit uel nō, si itinera erunt per terram uel per mare, & si ei proficient uel non, ac etiā quo tempore fient: Nec non si palam uel occultè ea faciet, et pro quibus causis, & si ex eis ad suum locum reuertetur uel non. Scire etiam poteris nati magisterium ac eius dominium, si à Rege illud habebit uel non, aut si damnū uel lucrū à Rege acquirat. Quomodo erit ei cū Rege, utrū erit potens uel nō, si morietur in regno aut extra regnum, si in sua terra regnum aut dominium aliquod acquirat uel in alia, & qualiter regnum illud uel dominium adipiscetur. Scire etiam poteris statum amicorum nati, utrum erunt potentes uel pauperes, aut si amicis carebit, uel si amici eius ipso indigebunt, uel ipse eis: Et si eum amabunt uel non, si homines amicitiam eius diligent aut spernent, & si amici eius damnū, aut lucrum ab eo consequentur, aut ipse ex eis. Scire etiam poteris statum inimicorū eius, ac eorū multitudinem uel paucitatem, fortitudinem & debilitatem, & si damnū ab eis incurret uel nō, aut si erunt extranei uel propinqui, & hæc de duodecim domibus dicta sint. Per Hyleg & Alcocoden et planetas ipsos aspicientes scire etiam poteris statum & quantitatem uitæ nati, nutu Dei. Per dominos triplicitatis scire poteris bonum aut malum in 1. 2. & 3. uitæ partibus nato futurū. Per dominum termini, qui diuisor dicitur, fortunam & laborem nati poteris cognoscere. Per Athazir Hyleg ad aspectus fortunarum & infortunarū scies tēpora, quibus nato bonū aut malū eueniet & qualiter, & utrū uel non. Per Athazir Solis scies sublimitatē uel depositionē eius, & statū patris ac fratrum maiorū: nec nō regni & dominiū, si regnū uel dominiū habuerit. Per Athazir Lunæ scire poteris ægritudinē quā habebit in corpore uel in anima, & eius matrimoniū. Per Athazir ptis fortunæ scies eius fortunā, altitudinē & elevationē, et qualiter in hoc se habebit. Per Athazir gradus ascendētis scies statū uitæ suæ et pegrinationē eiꝰ, et qualiter in terra sua se habebit. Per Athazir 10 domꝰ scies opa et magisteria nati, et eiꝰ honorē, quod habebit de bono uel malo, pulchritudinē et deformitatē. Per Athazir Saturni scies explanationē rerū nati, scies itinera, amicos & res auorū atqꝰ patrū & fratrum maiorū, ac statū hæreditatū eorū. Per Athazir Iouis scies amicitia, quā natiꝰ cū regibꝰ aut potētibꝰ habebit, et quicquid erit de forma & pulchritudine ac eiusmodi. Per Athazir Martis scies eiꝰ fornicatiōes, nuptias, amores, amicitias, damnū uel proficuum à mulieribꝰ, causas, uerba et cōtrarietates. Per Athazir Veneris scies amorē et nuptias, coitus et læticias, bonitatē aiæ

## A L B V B A T E R

& gaudium cum mulieribus & puellis. Cum prædictis etiam scire oportet locum capitis Draconis atq; caudæ eius, & coniunctionē planetarum cum ipsis. Et cum hæc, quæ diximus, diligenter perscrutatus fueris, & figuram cœli bene composueris, iudica in omni natiuitate secundum iudicia in hoc libro tradita, in quo dicta omnium sapientum, qui ante me fuerunt explanavi ac pro posse recollegi. Scias tamen quòd sapiens sua sapientia & subtilitate propositiones circa natiuitatum iudicia in hoc uolumine declarata, ad ueritatem & uerū scientiæ tramitem faciliter conducere poterit.

### De projectione seminis in matricem. Cap. I.

**D**ixerunt sapientes primi, qui fuerunt sani intellectus & probationis significationum stellarum, quòd projectio seminis habet similitudinem in significatione & statu nati super omnes significationes extractas ab ascendente, quādo natus de utero matris egreditur. Nā projectio seminis in matricem est sicut calor ignis, qui omnem balneorum caliditatem excedit, & sicut chorda in arcu, ferrum in læcea, ensis in manu, & sicut pondus in rota, & est radix à qua dicta extrahuntur ac fundantur. Cum ergo sciueris horam & diem projectionis seminis in matricē, & loca planetarum in mensibus, quæ significant illud semen, tunc securus eris super quid iudicium tuum fundare ac firmare poteris, quòd si hoc ignoraueris forsan decipieris. Volo ergo tradere statum calus spermatis à die quo cecidit usq; ad diem quo egredietur de utero matris, & quantitatem moræ eius in matricem et ordinem planetarum cum ipso, nutu Dei, sicut dixerunt sapientes & in libris suis reposuerunt. Scias quòd materia seminis erit secundum similitudinem ciborum in corpore receptorum, & radix illius materiei est frigiditas & humiditas. Sed quando calor naturalis operatur in matricem, reddit ipsam calidam & humidam. Caliditas uero & humiditas in quolibet membro corporis existēs, facit quòd materia ab omni loco corporis per motum coitus ab omni loco corporis descendat, & fiat alba sicut lac in uberibus existens, quod à diuersis spermatis in specie sanguinis ad ubera transmissus, in albedinem per decoctionem caloris naturalis conuertitur, sicut semen per agitationem & calorem naturalem. Primum ergo descendit seminis materia à cerebro, quod est album frigidum & humidum. Secundo est principaliter ab epate, quod est calidum & humidum et sanguinis minera. Tertio uero est consecutiue ab alijs membris, donec ad testiculos perueniat, et testiculi dant ipsum membro, & membrum matrici. Et dicunt sapientes quod matrix habet plures folliculos, siue loca, in quibus semen illud diuidi potest. Et mulier secundum quantitatem locorum, in quibus materia diuiditur, plures poterit habere filios aut filias, secundum quantitatem materiei in dictis folliculis, qui sunt septem receptacula. Nam si semen ad unum matricis folliculum solummodo descenderit

D E N A T I V I T A T I B V S .

derit,unicum filium uel filiam habebit: si ad duos, duo, & sic usq; ad septē  
 Quando ergo semen in matricem ceciderit, nutriet illud sanguis menstru  
 us, & erit materia illius feminis, et ideo sanguis ille cessat mulieribus, do  
 nec foetus de utero egrediatur. Quando semen primo in matricem ceci  
 derit, Saturnus illud primo mense disponet, eo quòd est altior cæteris pla  
 netis, & circulus eius superior. Erit ergo semen secundum sui naturam fri  
 gidum & congelatum illo mense, et hoc secundum quantitatem frigidita  
 tis et siccitatis Saturni, et quia natura Saturni est magis uicina ac disposita  
 ad mortem quàm ad uitam, Idcirco semē uiri illo mense non erit mixtum  
 cum semine mulieris, sed erit utrunq; separatum sicut albumen oui à uitel  
 lo, et sic stabit à die quo cecidit semen in matricem donec transferit primus  
 mensis. Postea disponet semen illud Iuppiter, qui est planeta uenti et mu  
 tationis, et mouebit illud uentus Iouis, nutu Dei, donec utrunq; semen fu  
 erit simul mixtum ac unius naturæ factum, eritq; tūc illud semen mobile,  
 ex cuius motu in uase mulieris accidet mulieri nausea ac mutatio animæ.  
 ita quòd totum corpus mutatione uenti ac feminis in matricem extra mo  
 dū mutabitur. Natus ergo qui multū de tali uēto habuerit erit sapiens, q̄a  
 uentus ille est subtilior quàm anima, et miscetur cū corpore, et exit de ipso  
 ante quàm anima, habetq; uentus ille sedem in corpore & anima in cere  
 bro. Ab illo enim uento procedunt cogitationes nati, sicut ab anima pro  
 cedunt quinque sensus. Iste ergo uentus dirigit calorem naturalem, ita quòd  
 quando homo moritur, remanet calor illius uenti in corde hominis, et po  
 stea recedit, ex cuius recessu totum corpus postea frigescit et desiccatur.  
 Quidam sapientes dixerunt, quòd quando in mense secūdo utrunq; semen  
 scilicet uiri et mulieris, uirtute illius uenti simul miscentur, erit sicut dormi  
 ens qui semper dormit, ita quòd talis motio non potest dici uita uel mors  
 sed cum hoc est addens cum uento illo, qui quidē uētus mense quarto mi  
 scebit animam cum semine, et remanebit in corpore cum anima. Quando  
 uero uentus ille super animam dominiū habuerit, uitam conferet. Quan  
 do uero anima super uentum dominabitur, naturam dormitationis influ  
 et, et semen illud erit diuersæ mutationis secundum quòd unum super ali  
 ud dominium habuerit. Nam quando unum super aliud dominabitur,  
 apparebit effectus eius, et effectus alterius aliquantulum defluet. Sicut quan  
 do Sol supra Lunam per conjunctionem dominium habuerit, lumen Lu  
 næ propter Solis lumen uigorem non habebit. Non mouebitur ergo uen  
 tus Iouis à semine donec ueniat mensis 3. qui tunc à Marte disponetur, eo  
 quòd circulus Martis, Iouis circulum sequitur. Et quia Mars est planeta  
 sanguinis, mutabit illud semen in naturā suam et calorem, nutu Dei. Erit  
 ergo illud semen coagulatum in modum sanguinis, et uentus Iouis absco  
 det se, et requiescet, quod per uentum illum de corpore mouebitur, sicut  
 nausea, quam habebat mulier mense 2. Remanebit ergo illud semen in di  
 spositione Martis, donec ueniat mensis 4. et tunc fiet in dispositione Solis,  
 qui siccitate sua remouebit superfluam eius humiditatem. Reuerteturq; ut

## A L B V B A T E R

res mixta, in qua Deus dabit fortitudinem & animam, & complebitur animus in eo, apparebuntque in eo & recipiet fortitudinem ac formam hominis. Postea mense quinto reuertetur dispositio, nutu Dei, ad Venerem, per quam formatur forma membrorum, et usus eorum apparebunt, tunc nascentur ei capilli, et accipiet sensum. Deinde reuertetur dispositio mensis 6. ad Mercurium, qui est planeta uociferationis atque sensus, tunc ergo mouebitur lingua eius, ac membra eius distendentur, percutietque in matricem cum manibus ac pedibus, et motus eius fortificabitur, ita quod in tam angusto loco manere non appetet, sed exitum de tenebris uteri ad mundum totis uiribus quaerere satagit. In mense uero septimo ueniet dispositio eius ad Lunam, & quia completa est eius forma ac membrorum fortitudo: Si quis illo mense nascatur, erit completus et ad uitam habilis. Quod si usque ad octauum mensem in utero perseverauerit, reuertetur secundo dispositio eius ad Saturnum, a quo secundum eius naturam infrigidabitur, et congelabitur, et remanebit in eo per totum mensem illum frigiditas, quare si quis illo mense nascatur, erit frigidus & siccus, & ad uitam modicam aptus, et frequenter multi illo mense mortui nascuntur, uel statim moriuntur. Postea mense nono reuertetur iterum dispositio eius ad Iouem, qui ergo illo mense nascuntur propter naturam Iouis ad uitam communiter sunt dispositi. Propter quod sciendum est, quod qui in mensibus Saturno, Marti, Soli, & Mercurio attributis nascuntur, cito moriuntur, aut mortui egrediuntur, maxime si praedicti quatuor planetae fuerint infortunati. Erit ergo processio ad uitam dispositam mensibus Ioui, Veneri, & Lunae attributis.

### De mora nati in matrice matris. Cap. 11.

**D**ixerunt quidam quod ipsa erit secundum quantitatem signi, in quo est Sol ad signum nonum secundum spacium inter domum & exaltationem eius, quia a Leone, qui est domus Solis, usque ad Arietem in quo Sol exaltatur, sunt nouem signa. Da ergo cuilibet signo secundum modum dictum mensem unum, & ita uidebitur, quod Sol significet res nati & eius horam, nec non gradum ascendentem, angulos, domos et eius creationem. Per illum ergo scies statum nati, & eius annos atque tempora, damnum & lucrum. Cum ergo ceciderit semen in matricem mulieris, & Sol fuerit in aliquo signorum, erit significator illius ab hora casus feminis in matricem, usque ad horam progressionis nati de utero matris, et non mouebitur Sol ab illa significatione in signo, & eius mutatione donec exierit de utero matris. Producit ergo ipsum Sol de modo in modum, usquequo peruenerit ad quintum signum sui loci, in quo erat, quando incepit

## DE NATIVITATIBVS.

inceptit, eo quòd in dicto signorum spacio complentur quatuor naturæ, scilicet ignis, aqua, aer & terra, & tunc reuertetur Sol ad naturam signi, in quo inceptit, & hoc fit in mense quinto à seminis proiectione, in quo forma nati completur, & membra eius incarnantur. Visus aperitur, ac in forma parentum suorum esse incipit. Signum ergo quintum propter naturam per similitudinem quam habet cum ascendente, significat filios. Nam quando ascendens fuerit terreum, signum quintum erit terreum: Et si igneum fuerit, erit igneum: Si aqueum, aqueum: si aereum, aereum. Et quando Sol intrauerit signum nonum, & compleuerit triplicitatem cœli ac naturam sui, & æquauerit mutationes eius in signis cum eius eleuatione, et descensione, additione, & diminutione, complebitur forma & ædificatio, apparebitq; et nascetur, nutu Dei, natus quando fuerit completus in matrice, habebit manus & faciem super genua sua, & umbilicus eius umbilico matris coniungitur, per quem sugit cibum ex quo nutritur. Quod si fuerit masculus, erit facies eius ad renes matris uersa. Si fœmina, ad uentrem matris facies eius uertetur. Masculus ergo quando egredietur, faciem in cœlum eleuatam habebit: Fœmina uero in terram. Quando ergo exit de tenebris uteri, tunc propter excoriationem quam patitur, ac impulsionem uenti in uentre matris existentis sternutat, & uoces dolorosas emittit. Et postmodum si natiuitas diurna fuerit, oculos ad lumen Solis erigit. Si nocturna, ad lumen candelæ, uel alterius luminis, & miratur de statu in quo est, & illius in quo ante fuit. Posuit etiam Deus, ut habeat curam sui in corde eius metum, & hoc per experientiam uidemus. Nam cum paruulos à terra in aerem eleuauerimus, semper tenebunt se ad nos, uel ad pannos nostros, quod si hoc facere non possunt, clamores emittent. Et hoc est primum quod Deus in corde eius posuit, & in cerebro etiam intellectum direxit, uirtute cuius matris lacte quærit lactari, et mammas eius sugere: Nec non flere propter illum qui eum offendit, et quiescere cum illo qui eum nutrit. Glorificetur ergo Deus, qui sua sapientia facit talia mirabilia, ad quæ non potest homo peruenire. Benedictum sit etiam nomen eius, nam ipse dat uitam et mortem quando uult.

De sci

## De sciendo Animodar, & horam proiectionis feminis in matricem. Cap. III.

**C**VM scire uolueris gradum ascendentem & eius minutum hora natiuitatis, ac moram nati in uentre matris, per hoc dirige gradum ascendentem & planetas. Postea aspice Lunam, quæ si sit inter gradum ascendentem & gradum occidentis sub terra, accipe gradus existentes à gradu ascendentis usque ad gradum Lunæ, et dupla illud. Deinde duplatum per 24 diuide. Et quod post diuisionem remanserit, erunt horæ: et quod in numero quotiente apparuerit, erunt dies. Quos cum 273 diebus, per quos mora in utero media signatur, addere debes, & quod prouenerit, erit mora nati in utero matris. Si uero Luna inter gradum ascendentem, et gradum occidentis super terram inueneris, accipe gradus, qui sunt à gradu occidentis, usque ad gradum Lunæ, et dupla eos. Deinde duplatum per 24 diuide, et quod exierit erunt dies, quod uero remanserit, erunt horæ. Quos dies & horas moræ minori, quæ est 258 dierum, addere debes, et quod prouenerit, erit mora nati in uentre matris. Ex quibus apparet, quod mora media maior est mora minori 15 diebus, quos si moræ mediæ addideris, perueniet mora maior, quæ 288 continet. Si ergo Lunam in gradu orientis uel occidentis inueneris, mora in utero matris erit 288 dierum. Aliter. Dirige ascendens iuxta posse tuum secundum quod uolueris, deinde accipe gradus, qui sunt à gradu occidentis usque ad gradum Lunæ, quos cum gradibus æquationis in tabula circuli directi positus adiunge, et adiunctum per 12 diuide, et quod remanserit, erit medius cursus Solis, cui 258 addere debes, et quod post additionem prouenerit, erit mora nati in uentre matris. Deinde extrahe de medio cursu Solis, habito ad horam egressus de uentre matris, cursum eius in mora dierum nati in uentre matris, et quod remanserit, erit medius cursus Solis. Postea uerifica medium illum cursum, & ubi inueneris Solem, aspice quot horæ diei sunt. Deinde multiplica illas per tempus horarum. Postea inuenies gradum ascendentem, qui gradui Lunæ conueniat in natiuitate, & tunc uide quis Lunæ gradus erit tunc, et tantum projice de gradu illius ascendentis, et illud quod horarum multiplicatione exiuerit, redit ad horas æquales, quas addes cum medio cursu Lunæ, in hora, qua Sol incipit ascendere illo die. Postea dirige locum Lunæ in suo signo, et scias quod natus, cuius mora fuerit in uentre matris à mora media usque ad maiorem, habebit in corpore suo aliquam similitudinem, quæ addita erit in aliquo sui corporis membro. Et natus cuius mora fuerit usque ad minorem habebit in aliquo sui corporis membro diminutionem uel defectum.

Alius modus de mora nati in uentre matris.

Dirige Lunam hora natiuitatis, et scias locum eius. Deinde dirige eam per unum annum integrum post natiuitatem, et per unum annum ante natiuitatem

D E N A T I V I T A T I B V S .

natiuitatem, Quo facto considera prædicta tria loca, et si se trino aspectu aspexerint, mora nati in uentre matris fuit nouem mensium, & tunc natus uiuet, nutu Dei. Si autem non aspexerint se, natus in utero per octo menses stetit. Si autem duo ex locis prædictis se tantum aspexerint, mora nati in uentre fuit septem mensium. Cum ergo horam casus seminis in matricem, & moram nati in utero habueris, dirige planetas & eorum loca, incipiendo menses ab hora, qua semen in matricem cecidit. His itaque explanatis ad significationem mensium secundum ordinem planetarum transeamus, & iam diximus, quod Saturnus habet dispositionem primi mensis à casu seminis in matricem.

**S**aturnus ergo cum illo mense fortis fuerit, ac in sua domo, exaltatione, triplicitate, termino uel facie, illud semen erit leue, & liberabitur prægnans à dolore & ægitudine sibi nocente. Eruntque semine illud eleuatum ad superiora uentris, & anhelitus eius quietus ac mores eius formosi. Et si Saturnus in termino Iouis fuerit, prægnans ex sua imprægnatione gaudebit, cogitationem bonam ac in Deo confidentiam, quod liberabit eam, habebit, eritque sana corpore, ac boni anhelitus, sperans quod finis illius imprægnationis erit bonus. Si in termino Martis fuerit, inuadent ipsam calores multi, & ægitudines ac multas mutationes in corpore habebit. Videbitque sanguinem menstruosum in eius prægnatione, habebit dolores in inferiori parte uentris, eritque eius imprægnatio à parte dextra. Si in termino Veneris fuerit, ipsa erit læta, & semine saluum, habebit in illa imprægnatione, fortitudinem & sanitatem, & color eius erit formosus, & apparebit in eius facie formositas. Si in termino uel in domo Mercurij, ipsa illa imprægnatione erit leuis atque gaudens, multæ mutationis & paucae quietis, & hoc quamdiu illa imprægnatio durabit, recitabitque menses & dies suæ imprægnationis atque partus. Quod si Saturnus in sua descensione minutus numero in sua domo uel termino, anhelitus prægnantis erit anxius, habebitque in pectore angustiam, & in illa imprægnatione cogitationem, ac dolorem cum pauco gaudio, & animus eius non erit quietus, sed ipsa de eius anima multum timebit, mala habebit somnia, ac res timorosas dormiendo & uigilando uidebit, eritque quotidie de morte cogitans, & partum suum multum ponderabit, & dolor ad inferiora uentris descendet, non remouebitur metus nec fletus ab ea usque post partum. Et si Saturnus in eadem dispositione existens in termino Martis fuerit, prægnans dolores calidos & humidos, ac sanguinolentos habebit, sed gaudens erit ac multi motus. Et si Saturnus sic dispositus in domo uel termino Iouis fuerit, prægnans ægitudinem uentrosam & calidam patietur, sed finis sui partus erit salubris, fortis tamen. Et si Saturnus sic dispositus in termino Veneris fuerit, gaudium prægnantis minuetur, & uellet quod non esset imprægnata, erit tamen finis eius bonus, & partus eius salubris. Et si Saturnus sic dispositus in termino Martis uel cum cauda draconis fuerit, timor inuadet prægnationem, ut foetus in utero pereat, nisi Deus ipsum conseruare uoluerit.



A L B V B A T E R

**I**uppiter habet dispositionem mensis secundi à casu seminis in matricē, & ipse significat fidem, sensum, intellectum & scientiam. Cum ergo in mense secundo fuerit fortis, ac in sua ascensione, id est, ascendens in circulo suo, et addens in numero, disponet sensum nati et eius simplicitatem, intellectum et sapientiam, & secundum eius ascensionem et eleuationem disponet in eo sapientiam & fidem in dictis suis, et dabit ei scientiam quam non audiuit, nec aliquis docuit sibi. Et si cum hoc in auge sua fuerit, significat quòd erit recitator rerum, quas alij nesciunt; & ponet in eis radices à se ipso, loquetur cum prouidentia, et quasi propheta reputabitur. Et si fuerit in domo sua, significat quòd natus erit sapiens in libris fidei. Et si in eius exaltatione fuerit, natus prouocabit homines ad fidem, docebit eos in mirabilia sanctorum, maxime si fuerit in Sagitario. Et si Iuppiter in domo uel termino Martis fuerit, natus destruet homines, et eos ad interfectiones et bella prouocabit. Et si in domo uel termino Veneris fuerit, natus erit sermocinator & prædicator, pulchrè loquens erit et cantor, ita quòd per cantum & uerba sua homines ad lachrymas prouocabit. Et si in domo uel termino Mercurij fuerit, natus amœnitate uerborum, ac sagacitate eorum attrahet homines ad se. Et si in domo uel termino Saturni fuerit, experimentator erit, & quæret facere mirabilia sup hoies et offendere eos mirabiliter, tam mendacio quàm arte sua. Et si Iuppiter in eius descensione fuerit, significat detrimentum nati et paucitatem sui intellectus, nec facit aut dicit quicquid ab alijs audiuit ac uidit, et erit hoc secundum suæ descensionis quantitatem, quòd si illo mense in opposito augis fuerit, natus erit pigri intellectus. Et si Iuppiter in epicyclo suo fuerit descendens, minutus numero, natus erit duri ingenij, ita quòd nihil poterit addiscere, eritq; similis bestia, quæ nescit nisi comedere & bibere.

**M**Ars habet dispositionem tertij mensis à projectione seminis in matricem, & est planeta audaciæ & fortitudinis ac caliditatis. Cum ergo in mense tertio Mars in sua ascensione fuerit, significat audaciam & expletionem rerum cum audacia, eritq; natus fortis iracundiæ, & leuis corpore, lites appetet, ac sine metu eas cito prouocabit, nec poenitebit eum ex aliqua re, quam fecerit. Et si cum hoc Mars in auge fuerit sua, natus erit guerrarum ac præliorum inceptor, ac discordiæ post pacem factam seminator, maxime si Mars in domo sua uel termino eius fuerit, ac in Scorpione. Quod si Marte sic disposito natiuitas nocturna fuerit, natus erit bellorum dominus atq; mortis, nec non audax in omnibus rebus, nec iniurias sustinere poterit. Et si natiuitas diurna fuerit, natus erit iracundus, magnicordis, ac dirus sanguinis effusor, pauca pietatis, diræ uoluntatis, altus animo, ac se nimium iactans. Et si Mars in domo uel termino Iouis fuerit significat quòd nati audacia & fortitudo erit cum sensu, et facit res cum liberatione & scientia, quæret euitare bella, prodiones, & res quæ sunt sine causa. Et si Mars in domo uel termino Veneris fuerit, natus adeo zelotypus erit, quòd occasione suæ zelotypiæ ad interfectiones & alias malas

D E N A T I V I T A T I B V S .

res perueniet. Et si in domo Mercurij fuerit, natus inferet metum alijs cum festinatione & malitia. Et si in domo Saturni fuerit, natus erit iracundus et grauis cordis, et ad malum mobilis, ponderosus ad bella, & interfectiones. Quod si Mars in descensu suo fuerit, natus erit timorofus, debilis cordis, timens bella, et sanguinis effusionem. Et si in oppositiōe augis suae fuerit, erit Hermafroditus, similis mulieribus ac iniurias extra modum sentiens ac sustinens. Quod si cum hoc Mars in domo sua, uel eius termino cum cauda draconis fuerit, natus erit stultus, ac lapides post homines proijciet, et erit malus ac turpis cognominis, ac de hoc cogitans ad iram cito prouocabitur, & super eum cito lapides proijciet.

**S**OL habet dispositionem quarti mensis à projectione seminis in matricem, et est planeta altitudinis, sublimitatis, pulchritudinis, fortitudinis, et uictoriae, praeter caeteris planetis. Cum ergo in mense quarto Sol in domo uel exaltatione sua triplicitate uel facie fuerit, aut alij planetae eum receperint, significabit complementum membrorum, ac eorum perfectionem, formositatem, uirtutem, ac ascensum corporis, erit ergo natus fortis corporis, ac membrorum omnium, ita quod uirtute suae fortitudinis poterit uincere feras, et eas destruere, ac duros lapides frangere. Et si Sol in domo uel termino Martis fuerit, natus cum fortitudine sua habebit audaciam, et complementum in omnibus membris suis, eritque magnanimus occasione cuius uolet credi diues, & sine causa ab hominibus sua auferet, & uim in rebus suis habebit. Et si Sol in domo uel termino Mercurij fuerit, aut ab eo pulsus et receptus fuerit, natus erit sapiens atque gaudens, & erit fortitudo eius cum arte, ingenio & scientia, maxime si Sol in Geminis fuerit, eo quod ibi multum propter eius ascensum fortificabitur. Disponet ergo natum in formatione membrorum, ac in complemento corporis sui, ita quod natus fortitudine manuum cito res perficiet. Et si Sol in fortitudine Veneris fuerit, maxime in Tauro, natus erit pulcher, completus, corpulentus, fortis, astutus atque sagax, & fortitudo eius in collo erit atque humeris, ita quod uiribus suis poterit leuare, ac sustinere tantum pondus, quantum tres homines uel quatuor sustinere possunt. Erit tamen piger, ac ponderosus, et duri intellectus, sicut asinus. Et si Sol in aliqua domorum Saturni fuerit, maxime in Aquario, natus erit fortis, timidus tamen et quietudinis ac uacuitatis amator, iniurias sustinens, nec ab eis uindictam quaerens, propter quod a multis uilis reputabitur. Et si Sol in sua descensione fuerit, uel quod minus medio motu suo moueatur, aut numero minutus fuerit, natus erit debilis, uiribus mollis, corde timidus, ac duri intellectus, sicut asinus, maxime si Sol in signo aqueo fuerit, & cum hoc significatio illa erit deterior, si signum aqueum mobile fuerit.

**V**ENUS habet dispositionem mensis quinti, à projectione seminis in matricem, et est planeta pulchritudinis, formositatis ac laetiae. Cum ergo mense quinto Venus in ascensione sua fuerit, ac in domo sua, maxime in Tauro, natus à prima hora diei usque ad tertiam, erit

## A L B V B A T E R

pulchra facie, membris completis, magno aspectu, rubicundus, lætus, & qui uerbis suis homines ad risum prouocabit, erit etiam pietate plenus, fornicator, res pulchras, ut ad modum mulierum se ornet, appetens. Et si cū hoc Venus in facie Martis hora proiectionis seminis fuerit, natus à 4 hora usq; ad 6. flauos habebit capillos, et uarios oculos, pulcher erit ac sublimis, sine metu, iram non cohibens. Et si Venus in facie Saturni hora proiectionis seminis in matricem fuerit, natus à 7 hora usq; ad 9. erit albus, subtilis coloris, pulchri aspectus, capite crispus, corpore siccus, macer, multæ ægritudinis, ac itineris: necnon iniurias in pectore sibi factas retinens, astutus, ac parum timens Deum, alienorum raptor, et ad mala facienda paratus. Et si Venus in facie Lunæ hora proiectionis seminis fuerit, à 10 hora usq; ad 12, natus faciem pulchram, et corpus deformæ habebit, erit tamen magni corporis, multæ carnis, ac multæ humiditatis et frigiditatis: erit etiam stultus ac rudis ingenij, ponderosus, asininus, timidus, paucae cogitationis & scientiæ, & secundum hoc horas noctis sicut diei diuide, ac per eas iudica. Et si Venus in facie Iouis, existens in signis humanis, quorum in hoc casu meliora sunt Gemini & Libra, fuerit: natus erit longus & corpulentus, pulchri corporis ac faciei, completa habens membra, sapiens, castus, & leuis, Reddens tamen malum pro malo, in actibus suis grauis, & in omnibus agendis commendatus. Et si Venus, maxime de nocte, in facie Mercurij fuerit, natus habebit faciem macram, maxillas longas, oculos rotundos, infirmus erit, paucae carnis, corporis subtilis, mendax, multi risus, & multorum uerborum. Et si Venus in descensione sua existens, ac in domo & facie Saturni, maxime in gradib; tenebrosis, natus erit eclipsati corporis, deformis facie, turpis aspectus, ponderosus, tristis, pauci risus, ac semper dolens. Quod si Venus cum aliqua infortuna, uel cauda draconis in facie Saturni fuerit, aut combusta, natus in omnibus rebus suis erit infortunatus, nec aliquis ob membrorum suorum diminutionem ipsi obuiare appetet.

**M**ercurius habet dispositionem mensis sexti à proiectione seminis in matricem, & est planeta doctrinæ, eloquentiæ ac scientiæ. Cum ergo in mense sexto Mercurius in ascensione sua fuerit, natus erit bonæ eloquentiæ, ac hominibus uerba eius placebunt, eritq; magnorum uirorum ac potentum secretarius, cito & modica occasione, & absq; præmeditatione ad risum prouocabitur, & hoc fortius erit, si Mercurius in domo aut termino suo fuerit, & si Mercurio sic disposito Iuppiter ipsum asperit, erit eloquentissimus, in libris sapiens, & mirabilis sermocinator, ac multa super uno uerbo proferens. Et si Mercurius in domo uel termino Iouis fuerit, erit eloquentiæ bonæ, sapiens ac subtilis ingenij. Et si Mercurius in domo uel termino Veneris fuerit, erit in sermone & lingua mirabilis, mansuetus uerbo, & qui frequenter interrogabit. Et si Mercurius in domo seu termino Saturni fuerit, natus erit impeditæ linguæ, ita quod uerba sua explicare bene nō poterit, erit tamen sanæ cogitationis ac boni intellectus. Quod si Mercurius sic dispositus in descensione sua fuerit, natus erit quasi mutus, maxime si in signis uoce carentibus collocetur.

Luna

## DE NATIVITATIBVS.

**L**Vna habet dispositionem mensis septimi, à projectiōe feminis in matricem, & est planeta complens membra nati, ac eius perfectionem. Qui ergo illo mense nascetur, erit membris completus propter significationum planetarum complementum. Et si partus usq; ad octauū mensem deferatur, deferatur dispositio ad Saturnum. In illo ergo mense nates, mortui egredientur, aut cito morientur. Et si partus usq; ad nonum mensem deferatur, dispositio ad Iouem reuertitur, & est planeta uenti atq; motus. Mouebit ergo uentus Iouis, nutu Dei, puerum, & producet eum in mundum.

### Vtrum partus sit legitimus uel ex adulterio. Cap. IIII.

**C**VM hoc scire uolueris, aspice partem patris, quæ si partem nati ex reptione, ex domo, ex altitudine, triplicitate, & termino aspexerit, partus legitimus erit, & si nihil horum inueneris, erit ex adulterio. Et si Luna Soli coniuncta fuerit, aut sub radijs eius, partus eius erit furtiuus, ac ex adulterio, & natus ex ægrotudine incurabili agitabitur. Et scias quòd significationes prædictæ erunt deteriores, si Luna in cauda draconis in fine signi fuerit collocata.

### De modis nati, & cuius naturæ erit, & utrum erit homo uel animal brutum. Cap. V.

**S**Cias, quòd significatio nati in modis non est, nisi ex motu planetarum & mutatione eorum in signis humanis, ac signorum partibus & angulis. Nam quando plures planetæ in angulis fuerint, maxime dominus triplicitatis ascendens Sol, Luna, pars fortunæ, gradus conjunctionis, aut oppositionis natiuitatem præcedentis, significant modum sublimitatis nati, eius elementa, naturam ac formam humanam. Et si omnes prædicti, uel eorum maior pars cadentes fuerint, uel infortunati, ac in signis bestiarum, signum est, quòd foetus forma humana carebit. Similiter quando dominus ascendens Lunam aspexerit, & dominus signi uitæ signum suum etiam aspexerit, signum est quòd natus erit monstruosus, aut speciem animalium brutorum habebit. Et si cum hoc infortunæ dominum signi uitæ aspexerint, ungues & capilli erunt similes catis & canibus. Quod si dictæ infortunæ ipsum signi uitæ dominum de angulis sine aspectu fortunæ aspexerint, natus erit de genere bestiarum, homines uenantium. Dicit Hermes, qui fuit caput sapientum, quòd quando planeta masculus in parte ascendens foemina, ac in signo foeminino fuerit, & infortuna ipsum de

A L B V B A T E R

parte foemina similiter aspexerit, Fueritq; natiuitas nocturna, aut Saturnus & Mars existentes dictū planetā aspexerint, aut Mercurius infortunatus fuerit, uel cum Marte in malo loco, & Luna combusta in medio signi, id est, non habens latitudinem, ac in signo quadrupede, uel octo pedum existente, & Sol secundum hunc modum se habuerit: nec non dominus horae infortunatus uel cadens, seu occidentalis aut retrogradus, aut tortus in suo ascensu, aut in parte dextra fuerit. Illa natiuitas non erit hominis, sed alicuius spiritus maligni. Et non dicas ipsum de animalibus homines uorantibus, nisi Iuppiter Martem aspexerit, aut Mars Ioui testimonium praebuerit. Quod si Mars cum Saturno fuerit, mulier pariet scorpionem uel serpentem, uel aliquod animal similis speciei. Praeterea aspice partem duodenariae septem planetarum, & praecipue Solis & Lunae. Aspice etiam ascendentem & quis planeta in eo fuerit, & quis eum aspiciat, & utrum ascendens sit de figuris humanis, uel bestiarum. Quod si pars duodenariae planetarum ceciderit in signo bestiarum, natus erit similis bestiis uel monstruosus, & hoc fortius, si Sol uel Luna sint in ascendente, aut pars fortunae, uel dominus suae domus. Sed si fortuna ipsum aspexerit, natus non erit similis bestiis, sed bestiarum homines uorantium nutritor. Similiter, quando Luna non aspexerit dominum suae domus, et fuerit in eius oppositione, aut Luna in signo bestiali, ac in aspectu infortunae fuerit, signum est, quod natus erit similis alicui ex animalibus. Et ego ostendam tibi quandam similitudinem, quam in libris sapientum reperi. Quaedam fuit natiuitas, cuius ascendens fuit 18 gra. Capricorni, medium caeli 11 gra. Scorpionis, & oppositio in 9 gra. Capricorni, & 39 minut. pars fortunae 24 gra. Tauri, Sol 29 gr. 54 minut. Tauri, Iuppiter 24 gra. & 34 minut. Virginis. Mars 4 gra. & 26 minu. Leonis. & Mercurius 14 gra. & 45 minu. Tauri. Quia ergo Iuppiter, Luna & Mercurius, cadentes sunt ab angulis, & Saturnus dñs ascendentis in opposito suae domus, & Iuppiter similiter, & licet Sol sit in angulo, est tamen cadens. Et Saturnus qui est dominus domus oppositionis transactae, est in opposito dictae oppositionis, ac etiam ascendentis, signum est quod mulier illa non pareret hominem, sed animal brutum. Et quia pars fortunae cecidit in signo quadrupede triplicitatis Lunae, quod significat cibum, aut nutrimentum, est in signi quadrupede, & etiam dominus 3. & dominus domus Lunae, ac duodenariae Lunae in signo quadrupede, & similiter ascendens signum quadrupes, hoc totum significat, quod illud animal brutum esset canis. Et quia locus Lunae, quae est domina noctis, aspiciebat Iouem, ac dominum suae domus, & Venus quae est domina partis fortunae, aspiciebat partem fortunae à 4. & Luna in 11. à parte fortunae, signum est quod nutritiua sua esset in bono loco. Similiter fuit quaedam natiuitas, cuius ascendens fuit 16 gra. & 31 minut. Capricorni. Medium caeli 4 grad. & 34 minut. Scorpij. Oppositio hanc natiuitatē praecedens, fuit in 20 gra. & 56 minut. Sagitarij. Venus in 16 gra. & 50 minut. Tauri. Iuppiter & Luna in Tauro. Aspice ergo dominum partis oppositionis praecedentis dictam

## DE NATIUITATIBVS.

Etiam natiuitatem, quomodo dicta pars ab ipso est separata. Aspice ergo dominum triplicitatis Lunæ, qui est dominus dictæ partis, qualiter sunt diuerſi, & unus non aspicit alium, & qualiter separati sunt ab ascendente, & à domino domus suæ. Similiter aspice Saturnum, qui est dominus partis fortunæ & ascendentis, quomodo cadit à 2 & 3 ab angulis. Deinde aspice duodenariam Solis & Lunæ, & quomodo in signo quadrupede est collocata, & qualiter omnes planetæ sunt ab angulis cadentes, & separati, præter Lunam & Iouem, qui sunt in domo finis rei sub terra, hoc totum significauit, quòd mulier illa pareret asinum. Et quia Luna est in triplicitate ascendentis cum Ioue, ac in sua exaltatione, signum est quòd asinus ille esset pulchræ nutritionis atq; modi.

### De facie nati. Cap. VI.

Scias quòd sapientes antiqui multa in domo facierum hominum, & colorum suorum, secundum quòd ex dispositione firmamenti, ac eiusdē significatione inquisierunt, sed aliqui ex illis dixerunt, quòd nihil est. Philosophi uero affirmauerunt & uerificauerunt. Illi uero qui contrarium sentiunt, sic arguunt: Nonne uides quòd aliquis natus est in terra nigrorū & iam scis modum parentum eius & nigredinem ciuitatis in qua natus est, & tamen tu inuenisti ascendens & eius dominū, necnon dominum faci ei ascendentis, & alios planetas contrarios in significatione sui coloris, & quòd debeat esse albus uel rubeus, uel habens oculos albos in modum Italorum uel Gallorum. Sciant ergo qui loquuti sunt in hoc modo credendi, & pertinet hominibus ualentibus, tamen ne ueniant in errorē quod si natiuitas Mauri, id est alicuius Aethyopis significauit albedinē, non propter hoc iudicare debemus ipsum fore albū uel rubeum, sed quòd erit minus niger quàm sui parentes. Et similiter de aliquo Italico uel Gallico per fortem Saturni nigredinis significationem iudicare non debemus, quòd erit niger sicut Maurus, sed non erit ita albus sicut parentes, nam qui contrarium faciunt, cadunt in errorem coram probantibus eos, qui quærent eos facere insipientes, diffamantq; eos, & occasione eorum scientiam condemnant. Et inuenimus in libris sapientū, quòd natiuitates filiorum pro uolutæ sunt à natiuitatibus patrum, & colores mutati sunt secundum sitū terrarum, quòd albedo & nigredo erit secundum dispositionem Solis in appropriatione uel elongatione eius ad regiones: Excepto quòd aliqui planetæ addunt uel minuunt in coloribus nascentiū. Nam inuenimus quosdam nigros & quosdam nigriores, necnon quosdam albos & quosdam albiores, & sic de alijs coloribus secundum diuersitatem ascendentis, & significationis planetarum, ad colorem ciuium alicuius ciuitatis, uel regionis & radicem parentele. Dixit Andoroar, quòd diuersitas coloris hominum

## A L B V B A T E R

num grauis est ad explanandum, & non inuenimus aliquem qui eos explanauerit. Dixitq; Ptolemæus in libro magno planetarum, quod in quolibet hora ascendunt 24 milia roboat, & quodlibet roboat, continet 10 milia momenta, & quodlibet momentum colorem proprium, gustum, ac naturam. Et hoc ita subtile est, quod sensus humanus ipsum pericrutari non posset, nec sciat homo, nisi solus Deus. Cum ergo modum nati & colorē scire uolueris, aspice ascendentem, & si ibi dominum eius, uel dominum exaltationis eius, triplicitatis, uel termini inueneris, per ipsum iudica. Quod si in ascendente plures fuerint planetæ, aspice illum qui est faciei ascendentis, & secundum significationem eius iudica, miscendo tamen cum significatione eius, significationem faciei domini ascendentis, ac planetæ, cui dominus faciei suam fortitudinem committit. Et si in ascendente nullus fuerit planeta, accipe primo dominum faciei ascendentis, dum tamē ascendēs aspiciat, quod si ab ascendente cadens fuerit, aspice planetam propinquiorem ascendenti, aut qui meliori aspectu aspiciat ascendens, sicut de domo exaltatione, triplicitate, uel termino, et misce colores planetarū cū coloribus signorum ac terminorum, in quibus fuerint planetæ, & dic colorem uel formam faciei, secundum colorem planetæ & formam: uel colorem uel formam corporis secundum colorem signi. Scias ergo quod Ioui & Veneri attribuitur pulchritudo. Soli uero & Lunæ subtilitas & claritas. Marti uero & Saturno, turpitudine. Mercurius uero cum planeta formoso existens, pulchritudinem confert: cum turpi uero, turpitudinem. Similiter domus fortunarum dicuntur pulchræ, & infortunarum turpes. Dies etiā & stellæ lucidæ adiuuant in pulchritudine & subtilitate. Noctes uero cum eorum tenebris, turpitudini auxilium præbent.

### De modis & coloribus planetarum. Cap. VII.

**S**aturnus de sui natura facit natum pallidum, aut fuscum, grossi coloris, ac grossorum oculorum. Quorum unus erit aliquantulum luscus uel maior altero, capillorū nigrorū, ac magnæ faciei, & proprie maxillarū magnarū, eius aspectus erit ad terram defixus. Et cū hoc natus ille erit mente tristis, facie turpis, malum habens aspectum, dentes inordinatos, & pilos hirsutos. Iuppiter de sui natura, facit album ad nigredinem aliquantulum declinantem, oculos grandes & eminentes, quorum pupilla parua erit, capilli eius non erunt perfectæ crispi, nec perfectæ plani, sed mediores. Barba eius erit crispa, modus eius erit formosus, caput cum maxillis habebit aliquantulum eleuatum, nasum magnum & æqualem. In carne & statura eius erit æqualis, & facies eius alacris. Mars de sui natura facit natum rubeum, oculos rubeos uel inflammatos, & faciem rotundam habentem, & forsan habebit notam rubeam in facie uel cicatricem, uel nasum magnum habebit. Erit etiam acuti & subtilis ingenij, ira plenus, in sua re  
titudine

## DE NATIVITATIBVS.

Stature formosus, facies eius aliquantulum inflata, inuidus, tristis, ac maledicus, atque male cogitans, digiti eius longi & paucae carnis, pectus eius acutum, in suo incessu longus, ac in suo corde mirabilis. Sol de sui natura facit natum magnum, cuius albedo oculorum erit parua, facies rotunda, caput magnum, color eius lucens, frons ampla, oculi eminentes, mutus uoce, aequalis staturae, triumphator, & qui de alijs sine uerecundia loquitur de risorie, aspectus eius dominium importat, in iuuentute flauos habebit capillos, sed postea caluus efficietur. Venus de sui natura facit natum coloris lucentis & albi cum rubore mixti, pulchrorum oculorum, cuius aspectus erit decorus ac dulcis, sicut aurora coruscans, supercilia oculorum parua, caput eius rotundum, nigredo oculorum erit maior albedine, os eius subtile & paruum, maxillae carnae, collum formosum, pectus acutum, digiti breues, crura magna, & forte quod albedo oculorum nati tendet ad nigredinem. Mercurius de sui natura facit natum albi coloris ad uiriditatem tendentis, facies eius erit angusta, maxillae decorae, supercilia iuncta, nares pulchrae, os amplum, oculi eius mobiles, dentes parui, barba rara, facies pulchra, erit tamen macer, statura eius aequalis, passus breuis, membra subtilia, multi sensus ac intellectus, & multa uerba bona proferens.

Luna de sui natura facit natum coloris albi, cuius facies erit rotunda, aspectus decorus, barba mobilis, coloris tamen pulchri ac clari, corpus sanum ac membris completum. Scias ergo dictos planetarum modos & colores, & misce eos cum modis & coloribus signorum.

### De signis & coloribus signorum.

**A**ries de sui natura facit natum coloris ad albedinem tendentis, eius capilli erunt crispi, uisus eius non rectus, facies longa, oculi magni, aures paruae, & collum magnum. Taurus facit de sui natura natum coloris ruffi, amplae frontis, nasi longi, & narium patentium ac magnorum oculorum, cuius capilli erunt crispi, erecti & nigri, ac membra eius diuersa, pars superior colli grossa ac fortis, incessus eius pulcher, sed sensus eius debilis erit. Gemini de sui natura faciunt natum coloris mixti, staturae aequalis, pectoris ampli, fidelis erit, & eius magisteria circa scripturam uel computationem uersabuntur. Cancer de sui natura facit natum coloris pallidi, grossorum membrorum, ac colli hirsuti, & eius inferiores corporis partes superioribus erunt maiores, frontem magnam & dentes retortos, capillos crispas atque barbam habebit, erit breuis staturae, ac paruorum oculorum, & amplorum humerorum. Leo de sui natura facit natum coloris flauo, ac flauorum capillorum, & staturae pulchrae, cuius superiora erunt inferioribus maiora, pectus amplum, uisus acutus, facies grauis, crura subtilia, eritque famosus, sed male obuiationis. Virgo de sui natura facit natum coloris nigri, staturae pulchrae & aequalis, ac

d membro



## A L B V B A T E R

membrorum formosorum. Libra de sui natura, facit natū bicolorem, formosæ staturæ, in carne statura & modo erit æqualis. Scorpio de sui natura, facit natum coloris cinerici, ruffi, oculorum alborum ac paruorū ad nigredinem tendētium, multorum capillorum, parux faciei, crurium longorum, pedum magnorum, corporis leuis, & qui discordiam inter alios seminabit & malus erit. Sagitarius de sui natura, facit natum coloris albi, uel flauī, alborū aut flauorū capillorū, atq; subtiliū, faciei et barbæ longæ, magni uentris, cuius pars posterior formosior erit ad uidendum quàm anterior. Capricornus de sui natura, facit natū coloris nigri, hirsuti, sicci corporis, longæ faciei, barbæ acutæ, & subtiliū aurium. Aquarius de sui natura, facit natum coloris uiridis nigri, staturæ breuis, magni animi, magnæ bonitatis cum hominibus, liberalis, magni dispendii, & prodigus erit, unum crus maius alio habebit, sanguis eius & color apparet. Pisces de sui natura, faciunt natum coloris albi, parui capitis, barbæ decoræ, maxillarum amplarum, pectoris magni, & eius membra male erunt disposita, aut claudus aut gibbosus efficietur.

Et scies quòd signa directè ascendentiā faciūt de sui natura natos corpore magnos. Tortuose uero ascendentiā paruos.

### De eo cui assimilabitur puer, scilicet patri uel matri, patruo uel auunculo. Cap. viii.

**C**um uolueris scire cui assimilabitur natus, aspice faciem ascendentiā, cuius planetæ sit. Quia si Sol fuerit dominus dictæ faciei, natus patri erit similis. Et si Luna fuerit eius domina, similis erit matri. Similiter si dominus faciei ascendentiā fuerit dominus quartæ domus, & natus filius fuerit, erit similis patri: Et si filia fuerit, erit similis matri. Et si dominus faciei ascendentiā fuerit dominus loci Solis, natus erit similis patruo: Et si fuerit dominus loci Lunæ, erit similis auunculo. Operare ergo in reliquis secundū hunc modum Et his dictis ad nutritionem puerorū descēdamus.

### De nutritione puerorum. Cap. ix.

**S**cias quòd quatuor sunt modi nascendi. Primus est, quòd aliquis nascatur mortuus. Secundus, quòd nascatur uiuus, sed non uiuet neq; nutrietur. Tertius, quòd nascatur uiuus, & nutrietur atq; uiuet, sed non perueniet ad senectutem. Quartus, quòd nascatur uiuus, & uiuet ac nutrietur, & etiam ad bonam senectutem perueniet. Ad sciendum hos quatuor modos, necessariū est, ut scias octo diuisiones, quæ sequuntur, & sunt hæ: Ascendens & dominus eius, pars fortunæ & dominus eius, Sol & Luna, coniunctio & oppositio. Ascendens sui similitudinem significat, modum nati, & eius

## D E N A T I V I T A T I B V S .

eius apparentiam, ac descensionem post eius absconsonem. Pars fortunæ dicitur ascendens Lunæ, sicut ascendens natiuitatis dicitur ascendens Solis. Sol est lumen cœli et eius candela, rex stellarum & earū dispositor, adiutor temporum ac director uitæ bestiarum, arborum, herbarum & corporū. Luna circuitiois sui orbis & sui uicinitate ad mundum præ cæteris simili or homini in sui initio & complemento, ac etiam in sui diminutione, destructione & annullatione, & est particeps in significatione stellarum ac planetarum, & habet ascensionem & diminutionem ad similitudinem nati in sua natiuitate. Coniunctio dicitur similitudo parentum, qui se habent erga natum in modum coniunctionis & separationis, ac luminis, quod procedit ex eis. Præuentio siue oppositio Lunæ, dicitur similitudo nati cum fuerit in sua fortitudine, atque in medio uitæ suæ, quod dum trāsierit, incipiet quotidie minui, donec ad finē uitæ suæ peruenerit. Et nō possunt hæc sciri, nisi per modos dominorum triplicitatis, scilicet in sui fortitudine & debilitate, necnon Alichel & Alicher in sui firmitate & casu, eo quod domini triplicitatis significant ordinationem diei ac noctis, & mutatio nati erit cum successione noctis ad diem, & diei ad noctem.

Natus ergo qui nacetur mortuus, erit qui habebit tres significatores & dominos triplicitatis, cadētes ab angulis in sua natiuitate, præcipue si aliqua infortunarū fortis ad malū habuerit in ascendente dominū, tūc enim significabit destructionē nati atque casum. Cū Luna fuerit in occidēte sine aspectu alicuius fortunæ, & uno angulorū fuerit fortuna eā aspiciens, quæ nacetur, nō uiuet una hora. Similiter quādo Luna fuerit in quarta domo, cū una de fortunis & aliqua infortuna à septima domo Lunā aspexerit, natus mortuus exhibit. Quādo signū, in quo fuerit cōiunctio, uel præuentio præcedens natiuitatem a cocoden, ac dominus termini Solis; necnon Luna & ascendens, ac dominus triplicitatis Solis de die, & Lunæ de nocte, atque pars fortunæ fuerint infortunati, natus egredietur mortuus. Aspice dominū luminarium in die ac nocte, ne quis planetarum sit ei coniunctus; necnon locum partis fortunæ, & partis absconse, utrum sint in locis fixis uel cadentibus, & qui sunt eorum domini. Nam si fuerint sub radijs, & aspiciantur ab infortunis, uel eis iungantur, aut ipsi inter se iuncti fuerint, natus uitam nō gustabit. Et hæc significatio peior erit, si infortunæ Solem & Lunam aspexerint, aut cum eis alligentur, nam si sic fuerit, natus nō uiuet uno momento. Cum planetæ omnes, uel eorum maior pars, fuerint in sexta, octaua uel duodecima domo, & dominus ascendentis non aspexerit eos, natus uitam non gustabit. Cum Luna ab infortuna eam non recipiente, ac in angulo ascendētis, uel decimæ existente infortunata fuerit, & fortunæ cadentes, natus uitam non gustabit. Maxime si Luna in aliquo angulorum cū infortuna fuerit, uel dominus ascendētis, aut gradus ascendēs in quadrato uel opposito infortunæ aspectu fuerit, nisi fortunæ ab omni impedimento liberæ, gradum ascendentis, uel Lunam ex aliquo angulorum aspexerint, nam in hoc casu natus uitam habebit, nutu Dei. Luna in medio cœli in

A L B V B A T E R

aspectu fortunæ cum Marte, significat quòd natus mortuus ac per frustra egredietur. Quando Luna & Mars in ascendente fuerint, & Saturnus in occidente, natus mortuus egredietur, præsertim si Lunam fortuna non aspexerit. Et si Luna in occidente cum Marte fuerit, & Saturnus in ascendente, natus per diem integrum non uiuet. Natus qui nascetur & uidebit mundum sed non nutrietur, erit cum aliquis de significatoribus & dominis triplicitatis fuerit in angulis, & maior pars aliorum cadens ab angulis & infortunata. Dixit Hermes, quòd quando luminaria non aspexerint ascendens, aut Luna sub radijs Solis fuerit, natus parum uiuet. Luna Saturno in eius triplicitate iuncta, aut in quarto uel opposito eius aspectu, significat quod natus uiuet, sed erit male nutritionis. Si Luna cum Saturno & Sole fuerit, natus non nutrietur. Et si Luna cum Sole & Marte fuerit, aut inter Martem & Solem obsessa, natus erit breuis uitæ. Quando Luna in sua descensione & in occidente fuerit, natus non uiuet, nec etiam nutrietur, præsertim si Luna ante angulos existens, à Saturno fuerit infortunata. Quando Luna fuerit inter duas fortunas, & fortuna eam non aspexerint, natus parum uiuet. Quando Mars & Saturnus fuerint in ascendente, & fortunæ ab ascendente, uel à signo coniunctionis uel præuentionis cadentes, & infortunæ dicta duo loca aspexerint, natus non nutrietur, præsertim si fortunæ Lunam & Solem non aspexerint. Quando Luna fuerit in eodem gradu cum Sole, & Saturnus 4 uel opposito aspectu eos aspexerit, natus non nutrietur. Quando Luna in Ariete, ac in oppositione Martis fuerit, & fortuna eam non aspexerit, natus erit debilis nutritionis ac breuis uitæ. Quando ascendens & dominus loci Solis, ac Lunæ et partis fortunæ fuerit sub radijs Solis, natus erit paucae uitæ. Quando Luna fuerit in Capricorno, & ambæ infortunæ in 4 domo ab ascendente, natus non nutrietur. Quando Luna lumine minuta inter duas infortunas fuerit obsessa, natus parum uiuet. Quando infortunæ opposito aspectu se aspexerint, ita quòd una sit in ascendente, & altera sit in occidente, & Luna eas ex medio cœli uel 4 domo aspexerit, natus non nutrietur. Cum aliqua de infortunis in 7 domo fuerit: & Sol & Luna peregrini existentes ipsam aspexerint, natus non nutrietur. Quando Luna in termino & aspectu infortunæ in angulo fuerit, fortuna ipsam non aspiciente, natus non nutrietur. Quando Saturnus in ascendente fuerit, & Mars in septima domo, natus parum uiuet, & quàm diu uixerit, malum habebit. Quando similiter Saturnus in ascendente fuerit, & Luna peregrina existens in occidente, natus parum uiuet, & erit turpis. Quando Venus in casu suo existens in occidente fuerit, & Saturnus in oriente, natus non nutrietur. Et dixerunt quidam, quòd si aliqua de infortunis radios suos super gradum ascendentem proiecerit, natus illam horam non euadet, nisi fortunæ infortunarum radios ibidem eminentium adiuuent, licet Luna ac domus minus ascendentis, ac triplicitatis ab infortunis essent liberi. Quando Luna cum infortuna in septima uel quarta domo fuerit, nutritio mala erit, præsertim si dicta infortuna radios suos super gradum ascendentis proiecerit, &

DE NATIVITATIBVS.

erit, & quòd dominus triplicitatis sit in septima domo cadens, Quando Luna fuerit ab infortunis impedita, ac in eius casu, & uolueris scire si natus nutrietur, considera si circuitio Lunæ per loca infortunarum facta, ac ad ascendens reuerfa, ac infortunis applicans, & postmodum ad fortunas transierit, si natus tunc mortuus non fuerit, uiuet donec 12 reuolutiones fuerint completæ. Infans qui nutrietur & uiuet, sed non perueniet ad senectutem, est qui habet octo significationes, & dominos triplicitatis inæquales, id est, quorum aliqui erunt fortunati, & aliqui infortunati, aut aliqui fortes, & alij cadentes, et proprie duo domini triplicitatis ascendentes, scilicet primus & secundus. Nam quando aliquis ipsorum fuerit in bono loco, & plura habuerit testimonia, sicut si Sol sit dominus triplicitatis ascendens, & dominus partis fortunæ, ac liber ab infortunis atque casu, iudicabis nato uitam, ac nutritionem, sed ad senectutem non perueniet. Dixit Dorotheus, quòd si uitæ diuisor in bono loco fuerit, moram nati in mundo & bonam nutritionem significat. Quando Iuppiter in ascendente fuerit, aut cum trino aspectu aspexerit, natus bene nutrietur. Similiter si Iuppiter in aliquo angulorum uel succedentium fuerit, & Venus ab infortunis retrogradatione & combustione libera eum non aspexerit, natus nutrietur atque uiuet, sed ad senectutem non perueniet. Et si in natiuitate diurna Saturnus in angulis, uel triplicitate ascendens fuerit, natus uiuet & nutrietur. Quando Luna & Mercurius in septima domo fuerit, & Iupiter in 4. natus uiuet. Quando Luna ab infortunis descensione & peregrinatione fuerit libera, & domini triplicitatis ascendens in suis domibus uel exaltationibus, aut in gradibus lucidis non retrogradi uel combusti, nec etiam infortunati, natus nutrietur atque uiuet, maxime quando Sol fuerit in sua exaltatione, & Luna lumine ac motu addens cum fortuna fuerit, & à Marte libera, quoniam Mars destruit nutritionem, maxime in natiuitatibus diurnis, & proprie quando fuerit super terram. Cum Saturnus & Mars fuerint in ascendente uel alio loco forti, & fortunato tantum, ac de sub radijs Solis apparentes, significant sanam nutritionem, & moram nati in mundo, & hoc idem significant planetæ diurni in signis diurnis, & nocturni in nocturnis, ac in angulo ascendens, uel in medio cœli existentes. Quando transierit medium signi, in quo est & fuerit signum illud ascendens uel decimum, natus uiuet & nutrietur, sed ad senectutem non perueniet. Quando dominus triplicitatis ascendens fortis fuerit, ac in medio cœli, uel in aliqua fortitudine, aut in quarta domo, significat pulchritudinem nutritionis, nutu Dei. Infans qui uiuet & nutrietur, & ad senectutem perueniet, est qui habet significatores prænominatos fixos, & fortes in angulis, ac liberos, & non cadentes ab angulis. Et similiter quando alcocoden nati fortis ac stabilis fuerit, & planeta qui ei pullat, fuerit in locis, in quibus dignitatem aliquam habeat fortis, & à retrogradatione ac infortunio saluus. Nam tunc alcocoden dabit ei annos suos maiores. Quando Sol & Luna in succedentibus fortunati fuerint, natus intrabit annos, & bene habebit, ac suæ naturæ dominabitur. Quando Luna fuerit in

**medio cœli & in aspectu fortunæ, ac infortunæ ab ea cadentes, natus magna moram in mundo habebit. Quando fortunæ in quarta domo fuerint, natus ad senectutem perueniet, et erit mors eius in magno statu. Quando Iuppiter in domo ac eius termino fuerit, longitudinem uitæ significat, ita quòd natus filios, & filiorum filios uidebit. Quando Sol in termino Saturni, & in domo uel exaltatione propria fuerit, natus longam moram in mundo faciet, et magnitudinem in morte habebit. Quando Sol in domo uel dignitate sua existens, ita quòd infortunæ eum non aspiciant, natus diu uiuet, et erit naturæ suæ dominus. Quando Sol liber ab infortunis in medio cœli fuerit, natus uitam longam cum celsitudine habebit. Quando Venus in ascendente et infortunæ ab ea cadentes, & Iuppiter ipsam aspexerit, natus erit longæ moræ, ac pulchræ uitæ in hoc mundo. Quando Luna fuerit in ascendente sine aspectu infortunæ, natus erit longæ uitæ. Quando Mercurius, Venus, & Sol bono aspectu Lunam aspexerint, natus erit longæ uitæ, & in natura sua æqualis atq; sanus. Quando Luna & Mercurius in eodem signo fuerint, necnon in occidente uel quarta domo, natus erit longæ uitæ. Quando pars fortunæ uel eius dominus orientalis, & extra radios sine aspectu infortunæ in ascendente fuerit, natus erit longæ uitæ.** ¶ Quidam sapientes in re nutritionis aspiciunt secundum 3 Lunæ status, scilicet in 3 die à natiuitate 7 & 40 diebus. Nam Luna in his periodis naturam omnium planetarum ac signorum transibit, & cadet ab illo qui eam aspiciebat, & aspiciet illum qui ab ea cadebat. Et ideo dum tres dies completi fuerint, natus lac suggere, & matrem cognoscere, et gustum in dulcedine lactis percipere incipiet, post tres annos incipiet ire suis pedibus & loquetur, ac intellectus eius magnificabitur. In 7 alijs diebus complebit Luna aliam partem circuli, & mutabit complexionem suam, & habebit naturam signorum, significabitq; multitudinem uel paucitatem lactis, & debilitatem aut fortitudinem lactationis. Quando natus 7 dies transierit, et fuerint boni, fiduciam habebit bonæ nutritionis, & longæ moræ in hoc mundo, eritq; liber à malis ægritudinibus, tunc si fuerit filius Iudæi uel Mauri circumcidetur, & si filius Christiani baptizabitur, aut catechizabitur. Et cum peruenerit natus ad 7 annos, tunc discernet & eripiet doctrinam, sensum, ac uitam secundum res fidei. In 40 annis complebit annos fortitudinis, ac naturæ post quos declinare quotidie incipiet, donec uitam quam Deus dedit compleuerit. Scias ergo quòd quando Luna die 3 ab angulis cadens fuerit, nisi fortunæ per coniunctionem uel aspectum applicuerit, paucitatem lactis ac difficultatem nutritionis significat. Quando significator nutritionis fuerit infortuna, & proprie Saturnum & peregrinus fuerit, significat destructionem nati, & quòd inordinate uiuet. Sol in natiuitate diurna in termino Saturni existens, significat quòd in nutritione nati erit labor & turpitude. Quando Saturnus & Mars radios suos super terminum ascendentis proiecerint, significat infortunium in nutritione. Quando pars fortunæ in quarta domo infortunata fuerit, malam nutritionem significat. Quando domi-

## D E N A T I V I T A T I B V S .

nus ascendens & dominus nutritionis cum parte fortunæ fuerint alligati, & unus illorum fortis in suo loco: damnationem nutrimenti significant. Quando pars fortunæ in undecima domo fuerit, & dominus eius sine receptione, natus erit malus ad nutriendum, & addetur malum malo. Quando Luna ab infortuna separatur, significat multas ægri tudines nato tēpore nutritionis, & in nutrimento laborem, habebitq; natus plagas in corpore, & dolores in sanguine.

### De significatione facierum signorum circa nutritionem,

**P**rima facies Arietis, significat ægri tudines in nutritione, ac dolorem lapidis, & quòd putredo de carne eius exhibit. Secunda facies Arietis, multiplicabit ægri tudines, sed ab eis dirigitur & sanabitur. Qui in tertia facie Arietis nascetur post quinque mēses à natiuitate infirmabitur. Qui prima facie Tauri nascetur, inuadent eum dolores & ægri tudines cū fuerit unius anni cum dimidio, scilicet perseverantes donec circa finem uitæ peruenerit. Et quando fuerit 30 mensium, habebit dolores calidos. Et quādo fuerit sex annorum, habebit ægri tudines inordinatas, ac res ipsum grauantes. Qui secunda facie Tauri nascetur, erit sanus, donec septem annos à natiuitate transierint, et tūc inuadent eum ægri tudines, sed ab eis, nutu Dei, liberabitur. Qui prima facie Geminorum nascetur, ægri tudine magna per 5 menses à natiuitate infirmabitur. Et quando unius anni cum dimidio fuerit, cadet de una ægri tudine in aliam, donec ad 3 annos cum dimidio, et tunc scabies eum inuadet. Qui secunda facie Geminorum nascetur, à secūdo mense suæ ætatis nō remouebuntur ab eo ægri tudines donec ad annum cum dimidio peruenerit. Et quando quatuor annorum fuerit graui ægri tudine infirmabitur, ita quòd de morte eius dubitabitur. Qui prima facie Leonis nascetur, post sex menses à natiuitate ægrotabit, & apparebunt in carne eius uulnera & dolor lapidis, nec ab eo remouebitur, donec annum ætatis 7 attigerit. Qui secunda facie Leonis & etiam 3 nascetur, per 7 annos ab hora natiuitatis quotidie computandos infirmabitur. Qui prima facie Libræ nascetur lacte duarum mulierum nutrietur. Et quando ætatis trium mensium fuerit, inuenient eum dolores, Cum uero nouem menses transierit, fluxum sanguinis de naribus habebit. Quando ætatem unius anni cum dimidio attigerit, graui ægri tudine infirmabitur, à qua dum sanatus fuerit, inuadent eum dolores in capite per duos annos, sex menses, 20 dies. Qui prima facie Scorpionis nascetur, post quinque annos à natiuitate inuadent eum dolores. Qui prima facie Sagittarij nascetur, post 25 menses à natiuitate eius, magnas ægri tudines habebit, ita quòd de morte eius dubitabitur, & 10 mēsis in capite ægrotabit, sed per uentris fluxū liberabitur. Quādo etiam decimum annum intrauerit, graui ægri tu-

## A L B V B A T E R

ægritudine infirmabitur, de qua si conualuerit multum uiuet. Qui secunda facie Sagitarij nascetur, quando ad quatuor suæ natiuitatis menses peruenerit, inuadent eum ægritudines. Et quando secundum annum attigerit, graui infirmitate ægrotabit, de qua si conualuerit, erit longæ uitæ. Qui tertia facie Sagitarij nascetur, inuadēt eum dolores & ægritudines, donec quatuor ætatis suæ menses transierit. Et si conualuerit, multum uiuet. Qui prima facie Capricorni nascetur, de morte eius dubitabitur, donec duo anni ab eius natiuitate transierint. Qui tertia facie Capricorni nascetur, graui ægritudine ægrotabit, ac multas uentositates habebit, & parentes eius morientur, nutrieturque eum mulier extranea. Qui prima facie Aquarij nascetur, post 10 menses à natiuitate infirmabitur, & uiuet post hoc, de cetero nutrimentum habebit. Qui secunda facie Aquarij nascetur, graui ægritudine post sex menses à natiuitate infirmabitur. Qui tertia facie Aquarij nascetur, ægritudo ab eo non remouebitur, donec 7 anni à natiuitate sua transierint, postea sanabitur, & uita eius prolongabitur.

### De proiectione nati. Cap. x.

**A** Spice Lunā, quæ si cū fortuna in aliquo angulorū uel succedentiū fuerit, & infortuna aspiciet ipsum, natus nutrietur, sed mater sua ipsum proijciet. Quod si Luna in termino infortunæ fuerit, ambo parentes ipsum proijcient. Quando Mars in natiuitate diurna in quarto signo post Solem, & Luna peregrina existens ipsum à septima domo aspexerit, natus proijcietur. Et eodem modo per Saturnum in natiuitate nocturna iudicabis.

### De pulchritudine nutrimenti nati. Cap. xi.

**S**ciendum est quòd separatio ab infortuna significat pulchritudinem nutrimenti, & quòd natus erit fortunatus inter fratres, ac opera fratrum diriget. Quando pars fortunæ cum Luna fuerit, ita quòd Iuppiter eam natiuitate diurna aspiciat, & Venus in natiuitate nocturna, significat pulchritudinem nutrimenti, præsertim si dicta pars & planeta orientalis in signo masculino in natiuitate diurna existens, erit fortitudo eius firma atque sana in re nutrimenti, & ita dic de planeta occidentali, ac in signo foemineo in natiuitate nocturna existente. Et quemadmodum de pulchritudine nutrimenti, per partem fortunæ iudicamus: Ita per partem absentiae iudicare poterimus. Pars absentiae accipitur in die à Luna in Solem, & in nocte e contra, et proijcitur ab ascendente, & ubi finierit terminus, ibi erit dicta pars, quæ si cum Luna uel aliqua ex fortunis fuerit, aut Lunam aspexerit, natus erit pulchræ staturæ ac nutritionis, & nascentur ei dentes sine dolore.

De

## De scientia Hyleg &amp; Alcocoden. Cap. XII.

**H**yleg enim uitam nati & mortem significat, ac per Athazir eius ad aspectum fortunarum uel infortunarum scies uitam & mortem nati, nutu Dei. Et scias quod sapientes extrahunt Hylegia quinque locis. Primo, à Sole. Secundo, à Luna. Tertio, à gradu ascendentis. Quarto, à parte fortunæ. Et quinto, à gradu coniunctionis uel præuentionis natiuitatē præcedentis. Cum ergo natiuitas diurna fuerit, incipiamus primo à Sole, qui planetis ac temporibus dominatur, et est luminare diei. Quod si natiuitas nocturna fuerit, incipiamus primo à Luna, qui est luminare noctis, & quæ ordinationem noctis possidet. Si ergo Sol in natiuitate diurna sit in ascendente, uel decima aut undecima domo, quæ est domus fiducia ac fortunæ fuerit, licet signum sit masculinum aut foemineum, erit aptus ut sit Hyleg, dum tamen dominus domus exaltationis, triplicitatis uel termini ipsum aspexerit. Si autem aliquis istorum dominorum ipsum non aspexerit, Sol Hyleg esse non poterit. Et si Sol in his locis non fuerit, sed in septima uel octaua domo, aut nona, in signo masculino, erit aptus ut sit Hyleg, dum tamen aliquis prædictorum dominorum ipsum aspexerit. Ptolemæus tamen non uult, quod Sol in octaua domo existens sit Hyleg, sed eo existente in quarta domo, ac in signo masculino, aptus est secundum eundem ut sit Hyleg, dum tamen aliquis prædictorum dominorum ipsum aspexerit. Eodem modo negat Ptolemæus, quod Luna in octaua domo possit esse Hyleg, sed bene in locis supradictis, dum in signo foemino fuerit, & aliquis prædictorū dominorum ipsum aspiciat. Cum ergo Sol Hyleg fuerit, planeta ipsum aspiciens erit Alcocoden. In natiuitatibus uero nocturnis, Primo à Luna, sicut dictum est, incipimus, quæ si in tertia, quarta, quinta uel octaua domo, ac in signo foemineo fuerit, ipsa erit apta ut sit Hyleg, dum tamen aliquis prædictorum dominorum ipsam aspexerit, & qui ipsam aspexerit dicitur Alcocoden. Postea quære Athazir Hyleg, & aspectum eius ad fortunas uel infortunas, ac eorum radios. Quod si Sol & Luna non fuerint apti ut sint Hyleg, uide utrum gradus ascendentis ab infortunis liber fuerit, et dominus eius fortis ac liber, ac in angulis uel succedentibus existens, non retrogradus, nec cadens aut combustus, tunc erit aptus ut sit Hyleg, & ab illo sume Athazir. Quod si gradus ascendentis non possit esse Hyleg, aspice partem fortunæ, quæ si in angulis uel succedentibus, & ab infortunis libera, nec non aliquis prædictorum dominorum ipsam aspexerit, erit apta ut sit Hyleg, & aspiciens ipsam Alcocoden, tunc ab illa sume Athazir & tempora per eam. Quod si pars fortunæ non sit apta ut sit Hyleg, aspice coniunctionem uel præuentionem, quæ natiuitatem nati præcessit. Et si ab impedimentis quæ diximus libera fuerit, & aliquis ipsorum dominorum ipsam aspexerit, erit apta ut sit Hyleg. Aspice

e ergo



A L B V B A T E R

ergo gradum in quo coniunctio uel præuentio fuerit, ab illo sume Athazir, sicut de gradu ascendente diximus, dando cuiuslibet gradui annum. Et si Athazir ad infortunam peruenerit, fortuna ibidem non aspiciente, natus morietur illo anno. ¶ Quidam sapientes dixerunt, quod si in natiuitate diurna Sol non possit esse Hyleg, aspiciere debemus ad Lunam, quæ si in ascendente uel in angulis, aut in loco (ubi habeat aliquam dignitatem) fuerit, ac in signo foeminino, erit apta ut sit Hyleg. Et similiter in natiuitate nocturna, quando Luna non potest esse Hyleg, aspice ad Solem, qui si in angulo tertæ tertia uel quinta domo fuerit, erit aptus Hyleg; & aspice Alcocoden. Dixit Dorotheus: Quando aliquis de quinque supradictis non poterit esse Hyleg, & pars fortunæ in ascendente fuerit, & dominus eius fortunatus, tunc ipsa in ascendente post 25 grad. anguli ipsa erit apta ut sit Hyleg. Quando Sol & Luna in nona domo non infortunati fuerint, erunt apti ut sint Hyleg, dum tamen in natiuitate diurna Sol sit in signo masculino, & Luna in foeminino, ac in domibus suis, uel locis, ubi aliquam dignitatem habeant, fuerint, ut si Leo erit ascendens, & Sol in Ariete: aut Cancer ascendens, & Luna in Piscibus. Nam quando planetæ in domo uel exaltatione sua, ac triplicitate uel termino fuerint, fortitudinem habebunt. In Hyleg uero qui a gradu ascendente, uel partis fortunæ, aut coniunctionis uel oppositionis natiuitatis præcedentis sumitur, non debemus aspiciere, utrum sit signum masculinum uel foemininum, aut utrum natiuitas diurna uel nocturna fuerit, sed utrum domini sui aspiciant ipsum Hyleg. Cum ergo habueris Hyleg, facias Athazir eius ad loca infortunarum, nam quotiescunque ad quadratum uel oppositum infortunæ aspectum peruenerit, & fortunæ radios suos ibidem non proiecerint, timendum est de morte nati. Quod si fortunæ ad locum illum, scilicet infortunæ radios suos proiecerint, natus aliquod magnum impedimentum uel ægritudinem patietur, sed tandem nutu Dei liberabitur. ¶ Quidam autem dixerunt, quod si in natiuitate diurna Sol Hyleg esse non possit, nec Luna in natiuitate nocturna, & natiuitas coniuunctionalis fuerit, tunc accipere debemus partem ascendente, Et si præuentionalis fuerit, accipe partem fortunæ, & operare cum Athazir Lunæ, sicut dixit Ptolemæus, quia licet Luna non sit Hyleg, oportet tamen quod fiat ei Athazir ad fortunas uel infortunas. Nam quando ad infortunam peruenerit, faciet de duobus unum, aut malum simile morti inducet, aut effectum infortunarum, necem, si necem significant, adiuuabit. Quando Luna fuerit Hyleg, & gradus ascendente in radice natiuitatis infortunatus, & peruenerit cum Luna uel cum Sole, aut coniuunctione infortunæ, tempore natiuitatis infortunato natus erit in periculo mortis. Similiter quando gradus ascendente fuerit Hyleg, & in radice natiuitatis infortunatus, aut alligauerit se cum domino ascendente, uel coniunctionis infortunato, natus ægritudinem magnam habebit, ita quod de morte eius erit dubitandum. Quando feceris Athazir per gradus coniunctionis uel præuentionis ad aspectum fortunarum ac infortunarum, & alligauerit se Athazir cum una  
de infor

## D E N A T I V I T A T I B V S .

de infortunis, timendum est de morte nati. Et quando alligauerit se Athazir termino infortunæ, interficiet aliquem, uel inducet malum simile interfectioni, nisi fortuna fortis ipsum terminum aspexerit, uel Sol in natiuitate fortis existens, perueniat ad ipsum, cum quo infortuna alligatus est, nam illud liberationem nutu Dei significabit. Quando inueneris Hyleg, & unus dominorum in Hyleg dignitatem habentium ipsum aspexerit, fac eum Alcocoden, ac ei secundum fortitudinem sui loci annos dabit, ac etiam planetam, cui per coniunctionem uel aspectum uim suam dederit. Quod si aliquis prædictorum dominorum Hyleg non aspexerit, natus non habebit Alcocoden, facias ergo ei Athazir cum gradu ascendētis à loco infortunarum. Et quando peruenierit ad infortunam mortem nati significantem, erit terminus mortis nati. Et quidam fecerunt de Hyleg sicut fecerunt de Alcocoden, secundum additionem uel diminutionem annorum planetæ Hyleg aspicientis. Et scias quod si dominus domus Hyleg ipsum aspexerit, præferendus est domino exaltationis, & dominus triplicitatis domino termini, & dominus termini domino faciei, ut sit Alcocoden. Planeta ergo qui in loco Hyleg plures dignitates habuerit, aptior est ut sit Alcocoden, quam alius qui pauciores dignitates habuerit. Scias ergo quod si Alcocoden fuerit in decima uel prima fortis, & ab infortunis liber, necnon in eius domo exaltatione, triplicitate uel termino, dabit nato annos suos magnos. Et si in dictis locis peregrinus fuerit, dabit annos suos medios. Et si retrogradus uel combustus aut infortunatus fuerit, dabit annos suos minores. Sed si in quarta uel quinta, aut undecima domo fuerit, ac in sua domo, exaltatione, triplicitate uel termino, dabit nato annos suos minores. Sed si retrogradus uel combustus, aut in eius casu, uel infortunatus fuerit, dabit pro annis minoribus menses. Et si in sexta uel in duodecima domo, aut in nona fuerit, fortis tamen ac receptus ab infortunis liber, nato pro annis minoribus dabit etiam menses. Sed si in dictis locis retrogradus aut combustus, uel infortunatus fuerit, dabit pro annis suis minoribus dies uel horas. Quod si planetæ Alcocoden aspicientes fuerint in ascendente, decima uel septima domo, dabunt annos suos minores. Quando in quinta, in decima uel quarta fuerint, necnon in suis domibus, exaltationibus, triplicitatibus, aut terminis fuerint, annos suos minores conferent. Sed si retrogradi, combusti, uel infortunati fuerint, dabunt pro annis suis minoribus menses. Et si in angulis uel succedentibus fuerint, necnon retrogradi, combusti, uel impediti, aut in casu suo, ut dictum est, existentes, dabunt pro annis minoribus dies uel horas. Operare ergo secundum hunc modum addendo cum fortunis & diminuendo cum infortunis, & fortunæ per coniunctionem, uel sextilem, uel trinum aspectum, annis nati addunt. Infortunæ uero per earum coniunctionem, uel quartum aspectum, aut oppositionem minuunt. Dixit Abuculfan: Quando uideris Alcocoden alicui planetæ pulsantem, & ille planeta fortis fuerit, dimitte Alcocoden, & accipe illum planetam pro Alcocoden, præsertim si is receperit, nec ei lumen

## A L B V B A T E R

suum & suam ordinationem reddiderit. Nam pulsatio est sicut ille qui in-  
 nuit dare aliquid alteri. Receptio est, sicut ille qui recipit donum. Et ille qui  
 reddit, est ille qui donum receptum custodire non potest. Quando ergo  
 Alcocoden planetæ in ascendente, uel in Hyleg, dignitatem habenti pulsa-  
 uerit, committe eidem planetæ significationem, dum tamen ille planeta al-  
 teri planetæ uim suam non conferat, sed ipsi Alcocoden uim suam referat.  
 Quidam sapientes dixerunt, quod quando planeta fuerit in sua dignitate, ac  
 in angulis & occidentalis fuerit, dabit annos suos medios. Quod si retro-  
 gradus aut infortunatus, aut sub radijs fuerit, dabit annos suos minores,  
 nisi à Sole separatus fuerit. Et si in ascendente fuerit, uel medio cœli, dabit  
 annos suos minores, sed si ibidem dignitatem aliquam non habuerit. Et si  
 in quarta uel septima domo fuerit, ac ibidem potestatem aliquam habue-  
 rit, aut etiam orientalis fuerit, dabit etiam annos suos minores. Quod si ibi-  
 dem dignitatem quanquam non habuerit, annos suos medios conferet.  
 Quando Alcocoden in quinta uel undecima domo existens orientalis fue-  
 rit, dabit annos suos medios, quod si debilis fuerit, annos suos minores con-  
 feret. Quando Alcocoden in nona domo fortis existens, ac dignitatē in eam ha-  
 bens orientalis fuerit, dabit annos suos medios. Sed si ibidem peregrinus  
 fuerit, annos suos minores conferet, & ita dic si in tertia domo fuerit, nisi  
 quod tertia domus est minus fortis quam nona. Et si Alcocoden in sexta uel  
 duodecima domo, ac in fine suæ fortitudinis uel dignitatis fuerit, dabit an-  
 nos suos minores. Quod si in dictis domibus debilitatus fuerit, menses con-  
 feret: si retrogradus aut peregrinus dies, si combustus horas. Quando infor-  
 tuna ex quadrato uel oppposito aspectu, uitæ significatorem aspexerit, mi-  
 nuet ei ex annis datis annos suos. Et si dictum significatorem trino uel sexti  
 li aspectu, ac ex bono loco dicta infortuna aspexerit, cum annis datis, ad-  
 det annos suos minores. Et si fortuna eum quocumque aspectu aspexerit, ni-  
 hil de annis datis minuet, sed semper addet. Cum caput Draconis cum Al-  
 cocoden fuerit, quartam partem annorum minuet. Scias quod planetæ re-  
 trogradi ob debilitatem suarum significationum, non faciunt bonum nec  
 malum. Quando fortunæ in oppposito domorum suarum fuerint, aut in  
 oppposito infortunarum, bonum aliquod non conferent, sed potius ma-  
 lum. Et scias quod infortunæ peiores dicuntur, quando una aliam oppposito  
 aspectu aspexerit. Quando Alcocoden annos aliquos natos dederit, &  
 illud uerificauerit, non potest infortuna destruere illos annos. Sed si Alco-  
 coden retrogradus aut infortunatus fuerit, illa infortuna annos illos  
 habebit natus quod erit sibi contrarium. Quando infortunæ ad dominiū  
 Alcocoden ex angulis & inter eos fuerit maius spaciū corpore suo, non mi-  
 nuent annos suos, imò addent, sed natum ad innumerabilia pericula con-  
 ducent. Fortuna non addet annis Alcocoden ex angulis, nisi recipiat ipsum  
 & ipse illam, sed non erit additio uel diminutio, nisi cum alligatione. Quan-  
 do Sol & Luna fuerint infortunati, destruunt & addunt infortunas in ma-  
 lo ac destructione. Quod si in eorum dignitate, aut cum eorum infortu-  
nis

D E N A T I V I T A T I B V S .

nis fuerit, remouebunt ab infortunis malum, sed sic non est de Mercurio dicendum. Nam si cum infortuna fuerit, malum ac infortunium augmen-  
 tabit. Quando in aliqua natiuitate à luminaribus infortunæ circumdatæ  
 fuerint, nocere nutu Dei non ualebunt, aut saltem parum nocebunt. Simi-  
 liter quando infortunæ in natiuitate cadentes fuerint Hyleg, in reuolutio-  
 ne annorum non nocebunt. Quando dominus Alcocoden Soli in natiui-  
 tate iunctus fuerit, addet annos suos paruos. Caput etiam Draconis non  
 addit, nec etiam minuit. Caput autem Draconis Alcocoden fortificat. Cau-  
 da uero debilitat, ac ægritudines nato inducit. Dixit Thaberit: Quando  
 Alcocoden in eodẽ gradu cū capite Draconis fuerit, addet Alcocoden quar-  
 tam partem annorum suorum, sed si cum cauda fuerit, minuit ab Alcocod-  
 den eius quartam partem. Et si planeta in natiuitate fortior existens ad me-  
 lius peruenerit, quàm tũc erat, natum ex debitate ad fortitudinem ac subli-  
 mitatem diriget ac impellet. Sed si ad deterius peruenerit, contrarium fa-  
 ciet. Quando in natiuitate alicuius filij regis uel principis dispositio cœli  
 mala fuerit, erit in regno uel principatu suo infortunatus, & hæc significa-  
 tio fortior erit si planetæ à quibus infortunium peruenerit, in ascensione  
 sua fuerint, maxime inimicetur, uidelicet infortunans & infortunatus. Nã  
 in illo casu accident nato inimicitia habitantium atq; loci. Quod si cum  
 hoc infortuna fuerit fortis, & ille qui infortunatur in loco debili, et quòd do-  
 minus domus suæ eum aspiciat, nec eum fortuna, nec etiam fortunæ per cõ-  
 iunctionem uel aspectum applicauerit, aspice in natiuitate illius, cuius ui-  
 ta breuis est ad descensionem planetarum, ac eorum infortunium, necnon  
 ad Solem, Lunã, ascendens, partem fortunæ, & gradus conjunctionis uel  
 præuentionis natiuitatem præcedentis, & quæ harum significationum cū  
 infortuna alligat, nam tũc natus morietur & anni eius finientur. Nec aspi-  
 cies in hoc ad debilitatem infortunæ, quia quocunq; modo fuerit, siue ca-  
 dens, retrograda aut combusta, & alligauerit cum ea aliqua de significatio-  
 nibus prædictis, natum interficiet, præsertim quando planetæ eius fuerint  
 infortunati, & infortunæ in angulis. Quando Luna fuerit in quadrato uel  
 opposito sui loci, interficiet natum. Quando Sol tempore natiuitatis in do-  
 mo cadente fuerit, & infortuna in angulo existens ipsum aspexerit, natus  
 illa hora, qua Sol ad dictam infortunam peruenerit, morietur. Quando  
 Alcocoden tempore natiuitatis infortunatus fuerit, aut in loco debili ad  
 quartum oppositum loci sui aspectus peruenerit, natum interficiet. Quan-  
 do natus Alcocoden non habuerit, aspice partem fortunæ, ac eius dominũ  
 in quo signo ceciderint, & accipe gradum ascensionis illius signi, in quo  
 est pars fortunæ ad clima uel latitudinem illius ciuitatis in qua est natus,  
 & adde super hoc circuitiõnem uel reuolutionem domini partis fortunæ,  
 & dic quòd natus uiuet tot mensibus, diebus uel annis secundum numerũ  
 quot erunt illi gradus, aut secundum quòd in annis planetarum inuenies.  
 nam quando natiuitas infortunata fuerit & planetæ infortunati, ac domi-  
 nus partis fortunæ infortunatus, dic quòd natus uiuet secundum numerũ

prædictum tot horis. Quod si dicti planetæ in decima domo fuerint, natus annum integrum non complebit, nisi Deus uoluerit. Scias, quòd quando signum ascendens fuerit 29 gradus, Athazir est illius 29 gradus, & melius ex illo est, quòd sit fortuna in secundo signo, eo quòd dominus 2 erit particeps cum domino ascendentis illo anno, & anno sequenti erit solus sine participatione primi.

De annis planetarum, quibus sapientes in partitione natiuitatis operantur. Cap. XIII.

**A**cceperunt enim sapientes circuitiones quinque planetarum, uidelicet Saturni, Iouis, Martis, Veneris & Mercurij, secundum terminos eorum, per duodecim signa, & ex coniunctione Mercurij terminorum ad inuicem fecerunt annos planetarum maiores. In Sole uero & Luna acceperunt fridariam eorum. Et quia anni fridariæ Solis sunt 10. multiplicauerunt eos per 12. & peruenierunt 120 anni, quos appellauerunt annos Solis maiores. Similiter anni fridariæ Lunæ sunt 9. quibus per 12 multiplicatis prouenient 108 anni, erunt ergo anni Lunæ maiores 108. Sed annos Solis & Lunæ medios acceperunt per mediationes annorum suorum maiorum, & additione annorum suorum minorum, ac totius aggregati mediationem. Anni enim Solis maiores sunt, ut dictum est 120. quibus mediatis proueniēt 60. super quos si annos Solis minores, qui sunt 19 addiderimus, prouenient anni 79. quos si mediauerimus prouenient anni Solis medi, qui sunt 39 cum dimidio. Causa autem quare anni Solis minores sunt 19. est, quia Sol ab initio Arietis usque ad gradum in quo exaltatur sunt 19 gradus. Ideo antiqui sapientes secundum quantitatem horum graduū annos suos minores fecerunt. Et quia ab apparitione Lunæ post coniunctionem eius cum Sole, donec iterum ei iungatur, sunt 25 dies, dixerunt quòd anni Lunæ minores sunt 25. Anni uero Mercurij sunt 20. eo quòd à principio absconsionis eius sub radijs Solis usque ad eius apparitionem sunt 20 dies. Sed anni Saturni minores sunt triginta, ideo quia in triginta annis circuitum sui circuli perficit. Similiter anni Iouis minores sunt 12. eo quia in 12 annis circuitum sui circuli perficit. Anni uero Martis minores sunt 15. eo quòd in tot mensibus facit circulum à domo signi sui diurni, quod est Aries, usque ad signum sui nocturni, quod est Scorpius. Sed anni Veneris minores sunt octo, eo quòd in octo mensibus circulum suum complet. Anni uero medi quinque planetarum prædictorum scilicet Saturni, Iouis, Martis, Veneris & Mercurij sic habentur. Aspice annos suos minores siue paruos, Et cum annis eorum maioribus adde, & inde medietatem subtrahe, & quod post subtractionem peruenierit, erunt anni medi.

De

## De scientia diuiforum ſiue partitionis annorum nati. Cap. XIII.

**C**um diuiſorem annorum in natiuitate habere uolueris, uide cuius planetæ erit terminus gradus aſcendentis, quia ille planeta erit diuiſor dando cuiſlibet gradui annum unum. Et cum terminus gradus aſcendentis tranſiuerit aſpice ad terminum ſequentem. Nam dominus dicti termini ſequentis erit diuiſor. Et ſic fac de termino in terminum, donec uitam nati completa fuerit. Aſpice ergo ad planetas dominum termini aſpicientes, & miſce ſignificationes eorum cum ſignificationibus domini termini. Quod ſi dominus termini ac planetæ ipſum aſpicientes fortunæ fuerint, erunt ſignificationes eorum in bonum: ſi infortunæ, in malum. Et ſi dominus termini infortuna fuerit, & fortuna ipſum dominum aſpexerit, miſce eorum ſignificationes ſimul, & ſecundum hoc iudica. Exemplum de hoc: Si Mercurius in aliqua natiuitate fuerit dominus termini gradus aſcendentis, & Iupiter ipſum quarto aſpectu aſpexerit, & Venus in trino, Saturnus uero & Mars ex oppoſito, Mercurius quoniam eſt dominus termini, dabit nato ſcientiam & intellectum bonum. Aſpectus uero Iouis conferret ei ornatum, ac magnum ſtatum inter altos homines, habebitque natus ſapientum amicitiam, ac prælatorum eccleſiaſticorum, nec non lucrum ab eis. Similiter aſpectus Veneris ad Mercurium, dabit nato pulchritudinem ac amicitiam bonam cum hominibus, ac læticiam cum uxore & filiis. Aſpectus uero Saturni, qui eſt planeta doloris, fletus & triftitiæ, ſignificat quod aliquis ex filiis ſuis morietur, aut quod dolores ac triftitiæ ipſum propter uxorem, pecuniam lucri, aut melancholiam inuadent. Sed aſpectus Martis ad Mercurium, ſignificat ægrotudines calidas, & malum per ignem uel ſanguinis inſuſionem, aut mortis timorem, & forte quod exulabit ab honore, & ſtatu ſuo deſtituetur. Et ſi nullus planetarum dominum termini aſpexerit, ipſe dominus termini erit ſolus diſpoſitor atque diuiſor. Conſiderare tamen debemus modum nati & eius ætatem, & in quo tempore uitæ dominus termini ipſum diſponit, & ſecundum quantitatem & ſimilitudinem planetarum in hora nati, pro ut ſapientes dixerunt iudicare. Dixerunt enim ſapientes, quod quando Mercurius dominus termini fuerit, dominus gradus aſcendentis, diſponit ſcientiam, ſcripturam, mercaturam, in annis ſuæ diſpoſitionis attributis, & erit diſpoſitio ſua ab hora natiuitatis nati uſque ad annos, gradibus qui de termino mundi ſunt præteriti, correfpondentes. Si ergo exempli gratia ſint adhuc tres gradus de termino Mercurij tranſituri, propter hoc iudicare non debemus, quod natus in illis tribus annis ſcientia abundet, uel quod de ſcientia uel mercatura ſe intromittat, aut quod familiaritatem habeat cum principibus, cum propter ætatem ei non ſit poſſibile. Sed dicemus de nato, quod in breui tempore loque-

## A L B V B A T E R

loquetur, ac leuiter mouebitur, & quod erit intelligens, bonique aspectus & subtilis. Eodem modo dicemus de dispositione Veneris, quod mulieres inducat in uxores, aut cum eis iacere expectat, cum ætas sua ad hoc repugnet, sed dicemus quod erit pulcher & bene nutritus, pius ac dulcis aspectus, & sic de alijs planetarum dispositionibus. Præterea aspicere debemus projectionem radiorum planetarum ad terminum, nam si infortunæ proiecerint radios suos super primum gradum uel secundum, & sic de alijs, dic quod ægrotudines inuadent eum in primo uel secundo anno, & sic de alijs secundum projectionem radiorum infortunarum ad gradum termini. Et ego dabo tibi similitudinem uel exemplum in dispositione terminorum, & projectione radiorum ad terminos. Sit ergo ascendens 2 gradus Geminorum, & quod remanet de termino 5 gradus, dirige ergo gradus istos secundum tabulas æquationis ascensionis signorum in tuo climate, & ponamus quod remaneant Mercurij 4 grad. & 4 minut. dicemus quod natus cito loquetur, atque mouebitur, & erit bonæ linguæ & intellectus, & sic erit per quatuor annos & octo menses. Et si Mars super 2 gradum termini radios suos proiecerit, dic quod natus in principio secundi anni à natiuitate ægrotudines calidas habebit, aut malum per ferrum uel ignem, aut sanguinis effusionem, & secundum qualitatem significationis Martis, & eius ascensum uel descensum, aut secundum naturam signi, in quibus est Mars, iudicabis. Et eodem modo facies in omnibus planetis radios suos super gradus termini proiecientibus secundum eorum naturas, & signorum in quibus sunt. Et dum terminus Mercurij completus fuerit, perueniet dispositio siue diuisio ad terminum Iouis, & sic de alijs terminis & planetis, terminorum & planetarum qui eis dominantur, iudicabis. Nam quando Iupiter per dominium suum in termino natum disposuerit, natus erit bene fortunatus, & bonæ obuiationis, bonæque uitæ, & à suis propinquis dilectus. Et si Saturnus radios suos super aliquem gradum dicti termini proiecerit, natus in primo uel secundo anno, & sic de alijs secundum numerum illius gradus, dolores frigidus incurret, aut à casu uel ruina impedimentum aliquod habebit, aut propter amicos uel propinquos, fletus & angustias patietur. Et cum dispositio ad Martem peruenerit, natus itinera & labores multos, ac extraneos accipiet, amicitiam cum regibus habebit, aliena rapiet, & multarum ægrotudinum erit, ex quibus mortis timorem incurret. Et cum dispositio ad Saturnum peruenerit, natus laborem malum & ægrotudinem habebit, inuadentque eum febres & frigus, & corpus eius infirmabitur, nec res ab eo inceptæ perficietur, ac multum solitarius erit. Quod si uxorem uel prolem habuerit, dolorem ac tristitiam propter eos incurret. Cum ergo termini signi Geminorum completi fuerint, transi ad signum sequens, faciendo penitus de eius terminis, quemadmodum de terminis signi Geminorum fecisti, & sic de signo in signum, de termino in terminum faciendum est, usque ad finem uitæ nati.

De

## De moribus nati ac eius natura. Cap. xv.

**S**Cias quòd natura & mores nati sunt distincti, secundum significatio-  
 nes & naturas planetarum septem, in figuris & moribus. Nam Sa-  
 turnus de sui natura, significat pigritiam, stulticiam, turpitudinem, me-  
 tum, seruitutem, iniuriam, mendacium, tristitiam, & malam cordis uolun-  
 tatem. Iupiter de sui natura, significat legem, fidem, scientiam, humilita-  
 tem, uerecundiam, fidelitatem, liberalitatem, patientiam, sensum, sobrieta-  
 tem, & faciem claram. Mars de sui natura, significat iracundiam, nause-  
 am, uiolentiam, prodigalitatē, calliditatem, furtum, inuerecundiam, læti-  
 ciam. Sol de sui natura, significat fortitudinem, sublimitatem, probitatem,  
 & magnam potentiam. Venus de sui natura, significat humilitatem,  
 pietatem, uoluntatem bonā, cordis dilectionem, læticiam, ac bonos  
 mores, excepto quòd natus effrōs & effœminatus reputabitur. Mercurius  
 de sui natura, significat mercaturam, loquelam, historiarum recitationes,  
 intellectum, uelocitatem sermonis, Grammaticam, Logicam, Rhetoricam,  
 Arithmeticam & Astrologiam. Luna de sui natura, significat incessum  
 grauem, debilitatem, miseriam, itinera, susurrationses, & mali im-  
 missionem. Et hæc planetarum significationes erunt fortes aut debiles se-  
 cundum fortitudinem aut debilitatem planetarum in se ipsis, ac in locis su-  
 is. Cum ergo aliquis ex planetis fuerit in ascendente uel medio cœli, dabit  
 nato mores, & figuram secundum fortitudinem suam, quòd si planeta ei  
 inimicans ipsum aspexerit immutabit mores datos secundum fortitudinē  
 aut debilitatē illius planetæ aspiciētis. Sed si dicti planetæ neq; inter se, nec  
 p̄ aspectū inimicentur, tunc mores per primum planetam dati fortificabū-  
 tur, ita quòd si primus planeta nato uerecundiā dederit, ipse erit adeo uere-  
 cundus, quòd uix audebit loqui, & ita de alijs morum significationibus  
 per planetas significatis iudicandum est. Sed quando dicti planetæ sibi per  
 aspectum aut naturaliter inimicantur, unus super alium significationem  
 suam reddit, & unus mutat mores & proprietates alterius, p̄t̄out hic uidere  
 poteris. In natiuitate enim illius, q̄ est sine metu, siue audax, inuenies Mar-  
 tem in ascendente aut in alio forti loco. Et si Luna uel dominus ascenden-  
 tis ipsum aspexerit, ac in loco forti fuerit, ita quòd aliquam ibi dignitatem  
 habeat, natus erit dominus & magister militum, ac multæ audaciæ, &  
 magnarum uirium, apparebit audacia ex origine cordis, manu ꝑ̄interficere  
 appetet, neces uiolentiam & insaniam diliget, proditor erit, cordis duri &  
 ferocis, grossi epatis & longæ iræ. Et si Saturnus ipsum aspexerit, dabit ei  
 cogitationem cordis mali, metum, pigritiam, miseriam, ponderositatem,  
 cordis grossitiem, ac in rebus suis tristitiam. Et si Iupiter Martem aspexerit  
 franget eius iram, & furorem eius minuet, ac ipsum descendere faciet, leui-  
 tatem eius compescet, & ipsum magis quiete quàm bello lucrari faciet, fu-  
 rorem



## A L B V B A T E R

rorem eius refrenabit, ita quod propria manu aliquem non interficiet, nec non ipsum à locis, ubi caperetur aut interficeretur reuertificiet. Et si Sol Martem aspexerit, dabit ei fortitudinem, dominium & magisterium super homines & milites, nec non formæ pulchritudinem militiam & intellectum. Et si Venus Martem aspexerit, natus erit magnus mulierum amator, ac mores muliebres habebit, & exponet se & animam suam ad malum atq; mortem propter mulieres, ac eorum zelotypiam, erit enim ultra modum zelotypus. Et si Mercurius Martem aspexerit, natus erit timorofus, solitarius, & qui alijs minime placebit, nec etiam alij sibi placebunt, stulti incessus, & multi mendacij erit, dicit quod non scierit, & facere uult, quod non potest. Stellæ etiam Beibeniæ nato significationes & proprietates suas conferent, quæ cum Sole & reliquis planetis fuerint, & ipsæ de sui natura magnam ac subitam fortunam conferunt. Quando stella Beibeniæ, quæ est in 2 gra. Tauri latitudinis meridionalis, ac 2 magnitudinis: nec non de natura Martis existens, fuerit in ascendente, uel medio cœli, in natiuitate nocturna, natus erit miles, & dominus & ordinator bellorum, & uisor necis ppinquæ, altæ magnitudinis, & qui sub aliquo esse dedignabitur. Sed si natiuitas diurna fuerit, natus erit duri intellectus, mali lucri, & qui dedecus acquirat. Et si in loco dictæ stellæ Beibeniæ, fuerit aliqua stella de natura Iouis & Martis, natus erit magister militum, & ibit cum multis uexillis, eritq; in dominio eleuatus, & in loco suo altus, magnæ famæ, potens in rebus, & in bello fortunatus ac sapiens, potestatem in terras longinquas habebit, fortis in ciuibus & terris erit, ueritatem diliget, & à multis laudabitur. Mars in natiuitate nocturna, in domo sua existens, significat quod natus erit unus dominus, & habebit alios sub se, eritq; bonus miles, ac in nece & in bellis fortunatus, & semper uincens, & in bellis sapiens. Et si in natiuitate diurna in domo sua fuerit, natus erit piger in illis, in quibus lucrari debet. infirmus, auarus, malus alienorum raptor, fornicator necesse & mala diligens, uolentus ac infanus. Et si Mars in domo Saturni fuerit, natus epar pingue habebit, in suis actibus uelox erit, malum sibi illatū in corde suo ponet, & ipsum diu retinebit, & uerba sua festinanter profert. Et iam dictum est, cum Mars in medio cœli existat, ac in loco suo gaudeat, quod natus erit in bello ac nece fortunatus, & pulcher bellorum ordinator, ac in eis sapiens. Et si fortuna Martem sic dispositum aspexerit, natus ex bellis suis utilitatem ac famam magnam acquirat. Luna in aliquo angulorum uel succedentium, ac in aliqua dignitatum suarum existens in aspectu Iouis & Veneris, significat quod natus erit fortis, bellorū dominus, gaudens, ac magni cordis, & omnium quæ sibi accident patiens. Quando planeta masculus erit in signo & 4 masculinis, natus erit fortis, ac in fortitudine completus, boni sensus, bonæ memoriæ, sapiens in nece, sed neces prohibens, equorum magister, ac in equitatu & armis aptus. Quando pars audaciæ in domo Martis uel eius termino acciderit, & in aliquo angulorum, maxime in medio cœli fuerit, nec non in aspectu Iouis &

Martis

## DE NATIVITATIBVS.

Martis ex forti loco, natus erit fortis, ac inter homines famolus, ab alijs rē timebitur, in bellis erit fortunatus, miles acierum, & inimicorum suorū semper uictor.

### De illo qui habet metum. Cap. xvi.

**Q**uando Mars in natiuitate alicuius cadens fuerit, debilis ac infortunatus, non aspiciens ascendens, & Saturnus ipsum aspexerit, natus erit debilis cordis, ac timidus, nec non locum interfectionis abhorrens. Similiter quando Venus in signo humano fuerit, natus erit debilis cordis, ac timidus. Quando Saturnus in natiuitate nocturna in medio cœli fuerit, natus erit ualde timorofus, ac miserrimi cordis. Quando pars litium siue bellorum sub radijs Solis, & cadens ab angulis fuerit, & dominus eius cum Saturno, natus erit timidus, debilis cordis, ac in bello & nece uilis atq; piger.

### De uelocitate nati ad bella & furiã. Cap. xvii.

**M**Ars in ascendente existens, reddit natum ad discordiam & lites acutum, interfectore & insanie fortis. Quando Mercurius in quarto, ac de radijs Solis apparens fuerit, nec non in aspectu Martis & Saturni, natus erit acutæ ac uelocis mutationis, insanus semper, ac negociofus. Mars tam in natiuitate diurna quam nocturna in octaua domo ac signo peregrino existens, significat quod natus erit insanus, & insanie durabilis ac stultus interfector. Quando Mercurius in domo sua fuerit, natus erit timorofus & insanus. Quando Luna lumine aucta in domo Martis fuerit, natus erit acutus, iracundus, magni epatis, bella appetens, ac de hominibus obprobria palam proferens. Quando Luna in natiuitate nocturna Marti applicuerit, & lumine aucta fuerit, natus erit magnæ commotionis ad iram, lites ac discordias sine causa appetens. Quando pars fortunæ uel eius dominus, aut dominus domus uitæ in domo Martis fuerit, natus erit furibundus, tristis semper, ac magnæ furiositatis, & tardæ reuersionis.

### De humilitate nati. Cap. xviii.

**Q**uando Mercurius sub radijs Solis, ac in signo aquatico fuerit, eo quod uoce carent, & Mars ipsum aspexerit, natus erit humilis & gētus, & in actibus suis grauis. Quando Saturnus & Mars, Lunam ac Solem, aut eorum aliquem ex medio cœli uel ascendente, aut ex septima uel quarta domo aspexerit, natus erit humilis & intelligens, præcipue si Solem in natiuitate diurna, & Lunam in natiuitate noctura aspexerint, & q̄

## A L B V B A T E R

Sol aut Luna in termino fortunæ fuerit. Quando una de stellis Beibenij de natura Martis, Iouis & Saturni, ac primæ magnitudinis existens in ascēte uel medio cœli fuerit, natus erit humilis, subtilis ingenij, ac bonæ obuiationis.

### De inuerecundia nati. Cap. XIX.

**S**Cias quòd quando Mars Mercurium ex opposito aspectu aspexerit, natus erit sine uerecundia. Sed si Luna Martem ex opposito aspectu aspexerit, minuet eius inuerecundiam, ac eius litigium mutabit. Et si Luna lumine minuta, ac in malo loco existens cum Marte fuerit, natus erit sine uerecundia. Quando Venus & Mercurius in ascendente fuerint, ac in opposito Martis aspectu, natus erit paucae uerecundiæ.

### De uerecundia nati. Cap. XX.

**I**Vpiter sine aspectu Martis in ascendente alicuius natiuitatis existens, significat quòd natus erit uerecundus. Quando Luna in ascendente, ac in termino Saturni, & in eius facie fuerit, Mars uero in occidente, & Iupiter Lunam aspexerit, natus erit uerecundus.

### De pulchritudine morum nati. Cap. XXI.

**Q**Vando Luna in medio cœli existēs Saturnū quadrato aspectu aspexerit, Saturno in secunda domo existente, signum est quòd natus erit pulchrorum morum. Sol in domo Saturni existens, significat quòd natus erit boni animi. Quod si fortuna Solem aspexerit, natus bonum habebit, ac bonos mores & læticiam. Quando Mercurius in domo Solis in natiuitate diurna fuerit, natus erit bonorum morum, maxime si ab aspectu infortunæ saluus fuerit. Quando Mercurius in domo Lunæ sine aspectu infortunæ fortunatus fuerit, natus erit bonorum morū ac pulchræ faciei. Quando Sol & Luna in exaltatione Veneris sine aspectu infortunæ fuerint, natus erit pulchrorū morum subtilis, ingenij & alacris faciei, necnon ab hominibus dilectus.

### De mendacio nati. Cap. XXII.

**Q**Vando Mars cum Mercurio in eius domo fuerit, natus erit mendax, & uerba mendacia sine ratione ac radice proferet, linguamq; suam mendacijs uelle suum ornabit. Quando Mars dominus anguli terræ in sexta domo fuerit, natus erit mendax. Quando Sol & Venus in septima domo fuerint, natus erit mendacijs repletus. Quando Mars in  
nona

## DE NATIVITATIBVS

nona domo fuerit, natus mēdacia inferet, & ea adiurādo affirmabit. Quando in ascendente uel medio cœli aliqua de Beibenſ de natura Mercurij & Veneris fuerit, natus erit mendax, & mendacium suum iurando firmabit. Literasq; falsas scribet, ac hominibus quod non dixerunt aut fecerunt componet, erit tamen magniloquus. Quando Luna à Marte separata Mercurio applicuerit, ac ambo orientales fuerint, natus erit mendax, nec non fraudis & probationis dominus. Quando Mars & Mercurius in eodem gradu existentes, in aliquo angulorum sine alicuius aspectu fuerint, natus erit mendax, iactansq; de his quæ nō fecit, & uerba trufatoria dictis suis inferet.

### De ueritate nati. Cap. XXIII.

**Q**uando Luna & Venus in medio cœli fuerint, natus erit ueridicus, ac promissa adimplens. Qui ascendente Sagitario natus fuerit, & Luna in eo, & in trino uel sextili aspectu Iouis, signum est quod natus erit uerax, & implens ea quæ promittet. Quando Iupiter in ascendente fuerit, & Mercurius in septima domo sub radijs, natus erit ueridicus. Mercurius in ascendente uel medio cœli cum Venere existens, significat quod natus erit orator, ueridicus, promissa adimplens, & ueritatem tam pro se quàm contra se proferens.

### De religione nati. Cap. XXIII.

**I**upiter in nona domo ac in natiuitate diurna existens, significat quod natus erit Dei cultor, ac in Deo confidens, & contemplatiuus, ita quod propter ornatum decorum, quem in lege sua habebit à regibus & potentibus honorabitur. Quando Saturnus in eius triplicitate fuerit, natus erit timens & orans Deum, & uerba eius, sancta, & quasi angelica, & frequenter pœnitentiam de commissis accipiet peccata sua deflendo, & hoc fortius erit, si Iupiter Saturnum cum receptione bono aspectu aspexerit. Quando Luna in ascendente, ac in eius exaltatione, necnon in 3 uel 6 aspectu Iouis fuerit, natus erit contemplatiuus orator, & ecclesiarum dominus aut pauperibus distributor. Quando Sol in tertia domo aut in signo masculino, necnon bono Iouis aspectu fuerit, signum est quod natus erit orator, Deo obediens, ac omnia mundana Dei timore ac amore relinquens. Quando Venus in tertia domo, ac in eius exaltatione fuerit, natiuitate nocturna existente, signum est quod natus erit in dilectione Dei, & eius obedientia ratus atq; firmus. Quando Mercurius, Sol & Venus in nona domo sine aspectu infortunæ iuncti fuerint, natus semper Deum præ oculis habebit, et ei in somnis, cui benefacere uoluerit, ostendet. Quando Venus in nona domo, ac in propria domo, uel exaltatione sua fuerit, natus erit Heremita, famosus, & hoc fortius si Iupiter eam bono aspectu aspexerit. Si Mercuri

us in nona domo sine aspectu infortunæ fortunatus & orientalis fuerit, natus erit in lege sua bonus & fortunatus. Quando Luna in nona domo, ac in signo fœmineo, necnon in bono Iouis aspectu fuerit, natiuitate nocturna existente, natus erit orator & heremita.

## De hypocrisi nati. Cap. xxv.

**Q**uando Iupiter in natiuitate nocturna in tertia domo cum Marte, ac in signo masculino fuerit, natus erit hypocrita. Quando Venus peregrina existens in nona domo, ac signo fœminino fuerit, natus quæret quòd de eo dicatur q̄ sit bonus, sed erit hypocrita, nouaculas quærens ut faciat dolum. Quando pars absentia in aliquo angulorum fuerit & dominus eius sine receptione fortunam aspexerit, & ab infortunis saluus fuerit, natus uult quòd homines de eo bene loquantur & finget benefacere & malum faciet. Sed si dicta pars & eius dominus fortis, ac fortunati & ab infortunis liberi fuerint, natus erit bonorum uerborum, ac uoluntatis secretæ. Et si dicta pars infortunata fuerit, & dominus eius ab infortunis liber, natus erit melior ab intra q̄ extra. Et si ambo in angulis fuerint, & ab infortunis liberi, natus erit in sua apparentia firmus & parua hypocrisis. Similiter si dominus dictæ partis receptus fuerit, & locum suum aspexerit, natus erit ratus, bonus, ac fortunatus. Sed si retrogradus fuerit, natus in sua fide dubitabit, & fiet alterius fidei. Et si dominus dictæ partis absentia dominus in nona domo fuerit, bonitatē fidei in nato significat, præserim si receptus fuerit. Nam si in dicto loco receptionem non habuerit, contrarietatem propter fidem, ac mundi diuisionem portendit. Quod si cum hoc infortunatus fuerit, dubitationem in fide, atq̄ damnum propter hoc significat. Eteodem modo si in tertia domo fuerit iudica. Sed si sic in secunda domo fuerit, constantiam in fide significat, & quòd à rebus secularibus recedet, & quanto plus seruierit, tanto plus mundana fugiet. Dominus partis absentia ab infortunis liber, necnon locum suum aspiciens, natum ab hypocrisi prohibebit, ac bonitatem ei addet. Quod si receptus fuerit, erit dicta bonitas cū ueritate & rectitudine. Sed si infortunatus fuerit, destruet bonitatem nati intrinsecus. Si pars absentia in locis cadentibus fuerit, bonitas quam natus in apparentia habebit, tandem destruetur. Quod si dictæ partis dominus infortunatus fuerit, bonitas nati tam in apparentia q̄ ab intra nulla reputabitur. Si in natiuitate diurna Iupiter in tertia domo fuerit, natus erit hypocrita, & se gentibus fore ostendet quod omnino non erit. Sol in tertia domo ac in aliqua dignitatum suarum existens, significat totaliter fide carere. Et si Luna, natiuitate nocturna, existente in tertia domo fuerit, natus in apparentia erit iustus, sed plus tamen de hoc ab extra ostendet, quàm in corde habebit.

## De idololatria nati. Cap. xxvi.

**Q**uando Iupiter in ascendente fuerit, & Luna in Occidente, & Mars Iouem aspexerit, natus stellas & planctas adorabit. Quando Venus de sub radijs apparēs in secūda domo fuerit, natus erit idololatra. Similiter Saturnus in tertia domo cum Luna existens, significat natum fore idololatram ac Deo contrarium. Quando Luna natiuitate diurna existēte in nona domo, ac in signo fœminino fuerit, natus erit spreter Dei & ei contrarius. Quando Venus in uno signo à Saturno & Marte obfesa fuerit, & infortunæ Lunam & Mercurium quadrato uel opposito aspectu aspexerint, natus erit multorum idolorum cultor. Mars in ascendente & in oppositione Iouis existens, natum idololatram portendit. Quod si Mercurius cum Marte in domo Iouis fuerit, natus erit quasi idolorū heremita. Quādo Saturnus dominus ascendētis fuerit, aut dominus domus Solis uel partis fortunæ seu oppositionis uel coniunctionis, ac in nona domo, & Iupiter eum aspexerit, natus erit abbas uel idolorum pontifex. Et si Mercurius in domo Martis fuerit, & Mars cum ipso aut eum opposito aspectu aspexerit, natus erit hæreticus. et similiter si Sol, Luna & Mercurius in signo duorum corporum fuerit, hoc fortius si Mars ibidem quarto uel opposito aspectu radiauerit.

## De scientia nati. Cap. xxvii.

**C**um Saturnus trino aspectu aspexerit Iouem, natus erit sapiens, boni consilij & ingenij, sanæ cogitationis, & in omnibus naturæ secretis peritus, ita quod de eo dicetur, quod sit philosophus, eritq; gestarum rerum narrator, & res graues sicut auruspices prædicet. Quando Mercurius in domo uel exaltatione sua, ac in bono figuræ loco fuerit, & Mars ipsum bono aspectu aspexerit, natus erit in cursu stellarum multum sapiens, & in rebus suis grauis ac profundæ cogitationis, libros componet, multaq; sibi adiunget, & mirabilia loquetur. Quando Mercurius cum Sole in domo propria fuerit, Sole in propria facie existente, natus erit sapiens, physicus & uersificator. Quando Mercurius in medio cœli directus, & in aliqua dignitatū suarū existens Lunā quadrato uel opposito aspectu aspexerit, & Luna in domo uel exaltatione sua fuerit, natus erit sapiens, sentatus, & stellarum inspector. Quando Mercurius in propria domo fortunatus fuerit, natus erit librorum & scientiæ stellarum amator, & earum rerum difficilium commentator. Quando Mercurius in domo uel exaltatione sua existens in ascendente fuerit, Saturnus uero in occidente, natus scientias graues ac difficiles indagabit, et propter hoc dominiū & sublimitatem habebit. Quando Mars Mercurium in aliqua dignitatū suarum

## A L B V B A T E R

suarum existentē trino aspectu aspexerit, & Mars fortunatus fuerit, natus erit sapiens & philosophus expertus. Quando Luna in domo uel exaltatione sua, aut in termino Mercurij fuerit, natus erit in rebus secretis et obscuris, uel latentibus sapiens. Quando Mercurius in tertia domo cum Luna, ac in eius facie fuerit, & ipse cum hoc sit dominus ascendentis, & pars fortunæ, natus erit aurspex, ac in rebus secretis sapiens. Quando Mercurius de sub radijs Solis apparens, in dicta tertia domo fuerit, ac in signo masculino, natus erit augur, ac ex augurio uiuet, et inde lucrum habebit. Quod si Mars orientalis existens, Mercurium sic dispositum aspexerit, natus notitiam librorum habebit, ac in eis sapiens erit. Quando Mercurius sine aspectu Martis in nona domo fuerit, natus erit somniorum expositor, et hoc fortius si Saturnus in domo uel exaltatione sua fuerit. Quod si Venus, quemadmodum diximus de Saturno, sic disposita fuerit, natus similiter erit somniorum expositor. Quando Mercurius & Sol in nona domo, ac in aliquibus dignitatibus suis fuerit, natus erit sapiens, ac somniorum expositor, et quasi aurspex. Quando Mercurius in nona domo orientalis ac fortunatus fuerit, natus erit augur. Quando pars fortunæ & pars fidei in nona domo uel tertia domo sine aspectu fortunæ, & infortunæ eas ex opposito domus suæ aspexerint, natus erit aurspex, et obscuritatum secreta referabit. Quando Saturnus et Mercurius in tertia domo fuerint, in domo uel exaltatione sua existētes, natus erit sapiens in stellis, et inde lucrum habebit. Et ita dic si Mercurius in tertia domo sub radijs apparens fuerit. Et si Venus in tertia domo peregrina fuerit, et Saturnus à domo uel exaltatione sua bono aspectu aspexerit, natus erit nigromanticus, aut res mirabiles per artem faciet. Videbiturq; sicut propheta, et inducet mirabilia, præsertim si Venus in signo fœminino fuerit. Quando Mercurius et Saturnus in ascendente, uel medio cœli fortunati fuerint, et liberi, natus erit nigromanticus. Quando Mercurius in domo uel exaltatione sua fuerit, et Saturnus eo existente infortunato, ipsum quadrato uel opposito aspectu aspexerit, natus erit philosophus, sed scientia eius non proficiet, eritq; miser atq; pauper. Quando Mercurius in domo Saturni fortunatus fuerit, natus erit sapiens, secreta et obscura rerum cognoscens, linguosus, rhetoricus, augur, et somniorum expositor. Quando Sagittarius aut Pisces fuerint signum tertiæ domus, ac Saturnus in eo, natus erit sapiens in rebus huiusmodi. Quando Mercurius cū Venere in domo quarta fuerit, natus erit disputator, causidicus, ac uerborum inuentor, et hoc fortius si in signo peregrino fuerit. Quando Sol in nona domo fuerit, natus erit causidicus, disputator in fide, ac Dei laudator. Quando Iupiter in natiuitate diurna fuerit, dominus tertiæ domus, et signum dictæ domus masculinū, natus erit sapiens. Et si natiuitas nocturna fuerit, natus credetur esse sapiens, sed non erit. Si Luna à Sole separata Mercurio in tertia domo existenti alliget, natus erit scriptor, et in computatione sapiens. Cum Sol, Mercurius, aut Iupiter in nona uel secunda domo, et in Leone fuerint, natus erit

dari

## DE NATIVITATIBVS.

clari intellectus ac rerum ordinator. Quando Mercurius in medio cœli fuerit fortunatus, natus erit subtilis ac uelocis ingenij, & similiter si Mercurius in domo Martis fuerit. Quando Luna cum Saturno in sua orientali tate fuerit, natus erit intelligens, sed piger atq; mollis. Quando Luna & Venere separata Mercurio iuncta fuerit, & ambo occidentales, natus erit subtilis & acutus. Quando Iupiter Martem receperit, uel ipsum quarto aspectu aspexerit, natus erit boni consilij & intellectus. Quando Sol in domo Iouis, aut in trino uel sextili eius aspectu fuerit, natus erit boni consilij ac intellectus, & scientiæ profundæ. Quod si mercurius cum ipso fuerit, natus erit legisperitus ac in iudicijs sapiens. Quando Mercurius in natiuitate diurna in domo Solis fortunatus fuerit, natus erit acutus & subtilis.

### De memoria nati. Cap. XXVIII.

**Q**uando Sol in domo Martis fuerit, & Iupiter eum bono aspectu aspexerit, natus erit bonæ memoriæ. Quando Venus & Mars cū Luna bene fortunati fuerint, natus erit memor, & deceptor in ingenio. Quando Mercurius & Mars fortunati Lunam aspexerint, natus ea quæ sciet, pulchrè referabit. Quando Mercurius in domo Solis fuerit & Iupiter bono aspectu eum aspexerit, natus erit intelligens atq; memor, & uelocis intellectus. Quando Iupiter cum ipso iunctus fuerit, natus erit clericorum aut inter clericos iudex.

### De malo intellectu nati. Cap. XXIX.

**Q**uando Mercurius in secunda domo ac sub radijs Solis fuerit, & Luna lumine diminuta infortunata fuerit, natus erit mali intellectus, debilis sensu, non recipiens doctrinam. Quando Mercurius in quarta domo, ac dominus partis absentia fuerit, natus erit mali intellectus, pōderosæ loquelæ, pauca scientiæ atq; sensus. Quando Sol in domo Lunæ ipsa sub terra infortunata, ac lumine diminuta fuerit, natus erit duri ac mali intellectus, sicut asinus, multi erroris, debilis consilij, & grossi cerebri. Quando Mercurius & Saturnus in ascendente infortunati fuerint, & Iupiter retrogradus ac peregrinus, ipsos opposito aspectu aspexerit, natus erit duri ac mali intellectus, pauca sciens atq; intelligens.

### De bono ac ueloci intellectu nati. Cap. XXX.

**Q**uando Iupiter Mercurium fortunatum trino aspectu aspexerit, natus erit sensatus, bonæ loquelæ, & uelocis intellectus. Quando Mercurius in domo sua fuerit, & Iupiter fortunatus ipsam quadrato aspectu



## A L B V B A T E R

aspectu aspexerit, natus erit bene sensatus, cōsiliij sani & intellectus cōpleti, dum tamen Iupiter in medio cœli non fuerit. Quādo Mercurius in medio cœli fortunatus quadrato aspectu Venerem aspexerit, natus erit sensatus et intelligens. Quādo Mercurius cum Saturno in domo Saturni fuerit, ac in bono Lunæ aspectu ac numero & lumine crescente, natus erit bene sensatus, pulchræ fidei ac rerum ordinator. Quādo Mercurius, Venus & Sol bono aspectu Lunam aspexerint, natus erit bene sensatus & actibus suis grauis. Quādo Mars & Mercurius fortunati fuerint, & à retrogradatione ac cōbustione liberi, & Lunam numero, ac lumine auctam aspexerint, natus erit boni intellectus. Quādo Mars & Venus fortunati, ac unus illorum Solem aspexerit, natus erit in suis actibus grauis, boni intellectus atq; consilij. Quādo Iupiter in ascendente fuerit, & Venus in occidente, natus erit subtilis intellectus ac in sensu completus. Quādo Saturnus in aliqua dignitatum suarum in occidente uel medio cœli cum Mercurio fuerit, natus erit boni intellectus, ac potentis animi, philosopho ac sapienti similis.

### De stultitia nati. Cap. XXXI.

**Q**uādo Luna lumine ac numero diminuta, nec non à Marte separata & feralis fuerit, natus erit stultus. Quādo Luna in oppositione Solis separata in septima domo fuerit, & Mars ipsam infortunato aspectu aspexerit, natus erit stultus. Quādo pars fortunæ uel fidei in nona aut tertia domo fuerit, & infortunæ eas aspexerint, natus erit stultus. Quādo Venus cum Saturno fuerit, & Mars ac Mercurius in loco Lunæ, natus erit stultus, & ob sui stultitiam philosophum se nominabit, deridebunt homines ex eo. Quādo Saturnus & Mercurius in ascendente peregrini fuerint, & Iupiter in eorum oppositione, natus erit stultus, ac turpis stultitiæ.

### De hystriionibus natis. Cap. XXXII.

**Q**uādo Mercurius in domo sua cum Marte fuerit, natus erit hystrio. Quādo Mars & Mercurius in signo regali fuerint, & Sol signum illud bono aspectu aspexerit, natus erit regum ac dominorum hystrio, & de ipso ac uerbis suis gaudebunt. Quādo Mars & Mercurius in domo Saturni fuerint, et ab angulis cadentes, nec non Luna fortunata, ac lumine crescens ipsos aspexerit, natus erit populi hystrio, & populus ludet cum eo, & trufabit. Quādo Venus Mercurium aspexerit, aut cum eo iuncta fuerit, natus erit ita subtilis hystrio, quòd homines de mirabilibus factis suis mirabuntur. Quādo Mars, Mercurius, & Luna in domo Veneris simul iuncti fuerint, natus erit hystrio multæ ac pulchræ loquelæ.

De

## De fidelitate nati. Cap. XXXIII.

**Q**uando Venus in medio cœli sine malo aspectu Mercurij fuerit, natus erit fidelis & commissa fideliter custodiet, præsertim si natiuitas nocturna fuerit. Quando Mercurius cum Ioue fuerit, natus erit fidelis, & confident de eo uiri alti & sublimes. Quando Iupiter Saturnum et Martem bono aspectu aspexerit, natus erit bonus et fidelis, et sibi commissa fideliter custodiens. Quando Venus in ascendente ac in exaltatione fuerit, natus erit sibi commissorum fidelis conseruator. Quando Iupiter in tertia domo fuerit, extranei pecunias suas ad custodiendum nato porrigent, & in ipso homines confident. Quando Mercurius in quinta domo ac in facie sua fuerit, natus erit fidelis scriptor, & ob sui fidelitatem habebit honorem. Quando Mercurius orientalis ac in secunda domo fuerit, natus extraneis fidelis erit.

## De natis sceleratis et eorum infidelitate.

## Cap. XXXIII.

**Q**uando Mercurius infortunatus ex medio cœli Martem aspexerit, et Luna in quarta domo fuerit, natus erit sceleratus ac infidelis & hominibus sibi commissa denegans. Quando Mars peregrinus ac retrogradus fuerit, & Luna cum eo in tertia domo, natus erit sceleratus & infidelis, alienorum raptor, & sibi commissa retinens. Quando Mercurius in termino Martis, ac in tertia domo cum Luna fuerit, eo peregrino ac retrogrado existente, natus erit paucae fidelitatis, præcipue si Mercurius dominus ascendentis fuerit.

## De latronibus natis. Cap. XXXV.

**Q**uando Mars, Mercurius & Luna cum aliquo angulorum sine aspectu fortunæ infortunati fuerint, natus erit latro. Quando Saturnus peregrinus ac feralis in septima domo fuerit, necnon retrogradus, et in aspectu Martis, Mercurij & Lunæ infortunatorum, natus erit latro abscondus, & finis eius suspensio. Quando Mars sine aspectu alicuius fortunæ in aliquo angulorum retrogradus peregrinus ac debilis fuerit, natus erit latro, præsertim si Saturnus eum malo aspectu aspexerit. Quando Saturnus, Mars, et Mercurius in occidente retrogradi ac agrestes fuerit, & Luna lumine ac numero diminuta, & absq; dignitate aliqua ipsos quadrato aspectu uel opposito aspexerit, natus erit latro, et ob latrocinium

nium suum mala morte dies suos finiet. Quando Mars et Mercurius in aliquo angulorum iuncti fuerint, & ferales seu absq; dignitate aliqua steterint, & Saturnus eos malo aspectu aspexerit, natus mortuorum sudaria & uestes furabitur.

De fornicatione natorum, Cap. xxxvi.

**Q**uando Venus in occidente uel medio cœli, et Mercurius cum ea in termino Martis fuerit, natus erit fornicator, ac prolem in fornicatione habebit. Quando Venus & Mars sine aspectu Iouis in medio cœli uel in occidente fuerint, natus erit fornicator ac malæ famæ. Quando Saturnus, Venus et Mercurius in domo uel exaltatione Veneris, necnon in occidēte, uel medio cœli sine aspectu Iouis fuerint, natus erit fornicator, et quicquid habebit in fornicatione exponet. Quando Mars et Venus sine aspectu Iouis in medio cœli, uel in angulo terræ fuerint, natus erit fornicator, & in hoc gaudebit. Quando Venus in medio cœli fuerit, & Luna Saturnum aspexerit, et Saturnus Venerem, natus erit leno et meretricum sectator. Quando Saturnus et Mars in sexta domo fuerint, et Venus eos absq; Iouis aspectu, bono aspectu aspexerit, natus erit meretricū insecutor. Quando Venus in natiuitate diurna in domo sua fuerit, et Mars eā à domo sua bono aspectu radiauerit, natus meretrices frequētabit. Quando Venus in domo Martis fuerit, et Mars in domo Veneris, natus erit manifestus fornicator, et sine uerecundia. Quando Venus cum Marte iuncta fuerit, aut in quadrato uel opposito aspectu, natus malas ac turpes fornicationes cōmittet. Si Mars et Venus in signo masculino fuerint, natus erit fornicator. Si Venus effœminata fuerit, natus erit multum effœminatus, et fornicationes ultra naturam diliget.

De sodomia natorum & natarum. Cap. xxxvii.

**Q**uando signum sextum masculinum fuerit, & Mars ac Venus sine aspectu Iouis in eo natus erit sodomita, et similiter si Venus in domo Mercurij, ac in signo cadenti infortunata fuerit, iudicabis. Si mercurius dominus partis fratrum fuerit, natus erit sodomita. Et similiter si pars fortunæ cum Mercurio in aliquo angulorum et in signo masculino fuerit, iudicabis. Si Mercurius ex signo masculino domum coniugij sine aspectu Iouis aspexerit, et Venus etiam in signo masculino, et infortunata Mercurium, natus erit sodomita. Si Mercurius parti coniugij alligauerit, uel dominus partis illius masculinus, et in signo aut in loco masculino fuerit, natus erit sodomita. Quando Luna in signo masculino fuerit, Sol atq; Venus ipsos ex signo masculino aspexerint, natus erit sodomita. Quando Mercurius ac Venus in septima domo iuncti fuerint, natus

## DE NATIVITATIBVS.

natus erit dominus procorum ac sodomita. Si Mercurius in septima domo fuerit, et Venus ab eo cadens, nec non domina ascendens existens, natus erit sodomita. Si Mercurius in septima domo cum Marte fuerit, et Venus peregrina existens, eos malo aspectu ex signo masculino aspexerit, natus erit sodomita. Quando Venus in domo a termino Martis et in malo loco fuerit, natus erit sodomita. Quando Mercurius, Mars, & Saturnus in domo sui corporis fuerint, natus erit sodomita, præsertim si Venus cum Mercurio in signo masculino fuerint. Quando pars coniugij in domo Mercurij, & in signo masculino, ac in aliquo angulorum fuerit, natus erit sodomita. Quando Venus & Luna in natiuitate mulieris in octaua domo fuerit, nata erit sodomita. Quando Venus in septima domo, ac in signo masculino, & Luna in ascendente fuerint, nata erit sodomita. Quando planetæ foeminini in signis gradibus atque locis masculinis fuerint, nata erit ex adulterio procreata, & cum mulieribus concumbere appetet.

### De castitate seu prohibitione sodomix natorum. Cap. XXXVIII.

**Q**uando Venus in domo Iouis fuerit, et à malo aspectu Martis libera, natus erit bonæ complexionis, & quantum ad peccatum sodomiticum castus. Quando Venus in ascendente uel medio cœli cum Ioue fuerit, uel ex locis ex quibus eum receperit eidem alliget & Mars Venerem non aspexerit, natus erit à peccatis contra naturam conclusus atque liber. Quando aliqua de stellis Beibenijs primæ magnitudinis, ac de natura Iouis & Veneris in ascendente uel in medio cœli fuerit, natus castus & ab omni sodomitico crimine liber, largus, pius, bonus, ac bonæ famæ.

### De muliebritate natorum. Cap. XXXIX.

**Q**uando Mercurius & Saturnus cum Venere in ascendente uel in medio cœli fuerit, natus erit muliebris. Quando Sol & Luna in tertia domo fuerint, natus erit muliebris & mores eius sicut mores mulieris, & uictum ex illa muliebritate acquirat. Quando Venus in Ariete, Tauro, Leone, uel Capricorno fuerit, & Mars atque Sol super Saturnum radios suos proiecerint, natus erit muliebris, & uiros appetet. Quando Luna in domo Saturni fuerit, et Saturnus in domo Veneris uel in Scorpione et in angulo terræ, aut in sexta uel duodecima domo, natus mores muliebres habebit. Quando Venus cum infortuna in signo foeminino existenti fuerit, natus erit quasi mulier & muliebria aget, nec non uiros, ac si mulier esset, appetet.

## De liberalitate natorum. Cap. XL.

**Q**Vando Sol et Venus Lunam in medio cœli existentē aspexerint, natus erit largus, liberalis, et leuiter bona sua expendens siue tribuens. Quando Mars Solem quadrato aspectu aspexerit, natus erit adeo liberalis, quòd parū aut nihil de substantia sua remanebit. Quando Mars fuerit dominus partis fortunæ et dominus ascendentis in secunda domo natus prodigus ac inutiliter bona sua consumens erit. Cum Saturnus retrogradus uel combustus, ac in aliqua dignitatum suarum existens in medio cœli fuerit, natus alijs de bonis suis tantum conferet quòd ad paupertatem deueniet, præsertim si Venus malo aspectu aspexerit. Quando dominus tertiæ domus dominum secundæ domus malo aspectu aspexerit, natus erit prodigus, et occasione diuitiarum suarum inimicitias & odium acquireret.

## De auaricia nati. Cap. XLI.

**Q**Vando caput Draconis cū Sole, Venere, et Mercurio in ascendente fuerit, natus erit auarus. Quando Mercurius in natiuitate diurna orientalis, ac in secunda domo fortunatus fuerit, natus erit parcus, & pecuniam suam ultra modum diligens.

## De inuidia nati. Cap. XLII.

**Q**Vando Mercurius uelox cursu in natiuitate nocturna desub radijs Solis occidentalis apparuerit, ac in secunda, ac Martis termino fuerit, natus erit inuidus. Quando Luna à Saturno separata Mercurio applicuerit, natus erit inuidus. Quando Mercurius Marti alligans in ascendente fuerit, & Iupiter non aspexerit, natus erit inuidus.

## De elatione uel magnanimitate nati. Cap. XLIII.

**Q**Vando Venus et Saturnus cum Luna fuerint, aut ipsam aspexerint, natus erit superbus, magniloquus et animi elati. Quando Mercurius, Iupiter et Mars Lunam aspicientes simul fuerint, natus erit magni animi et magna loquetur. Quando Luna Saturno separata Mercurio alligauerit, natus erit magnanimus et sine uerecundia. Quando in propria domo et in termino Martis fuerit, et Soli ex septima domo oppositionem alligauerit, natus erit animi elati et magnus apparere quæret, ac propter hoc se bene induet.

De hilaritate faciei nati. Cap. XLIII.

**Q**Vando Venus in domo uel exaltatione sua, ac in septima domo fuerit, et Mars eam bono aspectu aspexerit, natus erit hilaris faciei, et bonæ responsionis, erit tamē adulator, et quasi fatuus. Quando Venus in medio cœli uel septima domo fuerit, & Mercurius ipsam bono aspectu aspexerit, natus erit hilaris faciei, adulator tamen et bonæ loquelæ. Quando Venus in septima domo ac in sua facie fuerit, et Mars eam ex propria domo malo aspectu aspexerit, natus erit sine uerecundia, et adulator. Quando Luna in ascendente fuerit, et Venus trino aspectu ipsam aspexerit, natus erit hilaris faciei et bonæ obuiationis.

De lætitia nati. Cap. XLV.

**Q**Vando Luna lumine diminuta in propria domo, ac in bono loco cum Venere fuerit, natus erit lætus, et læta loca ob læticiam sine pigritiā circuibit. Quando Luna et dominus ascendentes orientales ac fortunati fuerint, et ab infortunarum aspectu fuerint liberi, natus erit lætus. Quando Mercurius in domo uel exaltatione Lunæ directus, ac extra Solis radios fuerit, et Venus bono aspectu eum aspexerit, et ipse Lunam, natus erit lætus, mobilis tamen, ac multæ mutationis. Quando Mercurius in ascendente decima, undecima uel quinta domo fuerit, & Luna ex exaltatione Martis, aut dominus domus Lunæ, uel Mercurius ipsum aspexerit, natus erit lætus ac in omnibus rebus suis mobilis.

De tristitia nati. Cap. XLVI.

**Q**Vando Saturnus fuerit Almuten natiuitatis ac in fine domini ascendētis sine aspectu fortunæ, natus erit tristis, male loquēs ac insanus. Quando Mars fuerit dominus faciei ascendētis, et Saturnus eum bono aspectu aspexerit, et Venus ex opposito, natus erit tristis. Quando Venus infortunata fuerit, et septimam domū non aspexerit, Mars uero & Saturnus Lunam aspexerint, natus erit tristis, ac multarum cogitationum, superbus tamen et duri cordis. Quando Mercurius in medio cœli cum Saturno fuerit, natus erit debilis piger, ac sine lætitia, & similiter si Luna in domo Saturni fuerit. Quando Luna cursu uacua fuerit, & infortunæ eā aspexerint, natus erit sine læticia, piger ac debilis. Quando Luna et Saturnus orientales fuerint, ac simul iuncti, natus erit sine læticia. Quando Luna a Venere separata, Marti in domo Saturni, ac in locis absconsis existenti, per coniunctionem applicuerit, natus erit sine læticia, in rebus ac opere diminutus

nutus. Quando Luna à Marte separata Mercurio in domo Saturni iuncta fuerit, & ambo orientales, natus erit sine læticia, piger & sicut uii miser.

De auiditate nati in comedendo. Cap. XLVII.

**Q** Vando Mars in natiuitate diurna fortunatus fuerit in quarta domo, natus auide manducabit, & inde ægritudinem incurret. Quando ascendens fuerit, & Mars ibidem, et Sol ipsum bono aspectu aspexerint, natus erit auidus comestor. Quando Mars dominus ascendentis ac in secunda domo, & in signo igneo fuerit, natus auide comedet. Quando Venus in prima facie Leonis atq; in malo loco fuerit, & Sol eam bono aspectu aspexerit, natus erit magnus comestor.

De natis discordiam inter homines seminantibus. Cap. XLVIII.

**Q** Vando Mars in nona domo à Ioue ac Venere cadens fuerit, natus erit discordiæ & guerræ feminator. Quando Luna à planeta in ascendente existente separata, planetæ in septima domo collocato alligauerit, & Mars in quarta domo fuerit, natus inter homines discordiam seminabit. Quando ascendens fuerit Scorpio, & Mars ipsum malo aspectu aspexerit, natus erit discordiæ feminator.

De mala cogitatione nati. Cap. XLIX.

**Q** Vando Mars & Sol in uno loco simul fuerint, natus erit malæ cogitationis. Quando Mercurius in sexta uel duodecima domo fuerit, & prima domus una domorum Martis, natus semper malum cogitabit, ac de alijs enormiter loquetur.

De pulchritudine nati. Cap. L.

**Q** Vando Venus trino aspectu Lunam aspexerit, natus erit alacer, ac ut mulier ornatus. Quando Venus Iouem quadrato aspectu aspexerit, natus erit pulchræ staturæ, ac boni esse. Quando Luna Venerem quadrato aspectu aspexerit, natus uestimenta de serico appetet, eritq; magni uicij ac quietis.

De

De ponderositate seu grauitate ac quiete nato-  
rum. Cap. LI.

**Q**Vando pars fortunæ in capricorno ceciderit, natus erit quietus, & cum deliberatione faciet. Quando Luna cum Saturno in ascendēte uel medio cœli fuerit, & Iupiter eam aspexerit, natus erit quietus. Quando Iupiter in ascendente existens Saturnus eum aspexerit, et Mars ac dominus eius ab ascendente cadentes fuerint, natus erit ponderosus & quietus. Quando Luna sine aspectu Martis cum Ioue in signo fixo fuerit, natus erit ponderosus & quietus, & hoc fortius si ipsa cum Ioue in aliquo angulorum fuerit.

De uelocitate nati. Cap. LII.

**Q**Vando Mars sine aspectu Iouis in ascendente fuerit, natus res suas uelociter & sine deliberatiōe faciet, & ideo stultus reputabit. Quando Luna in ascēdēte fuerit, & ascēdens signū igneū, & Iupiter ipsum ex septima domo aspexerit, natus erit in agēdis nimis uelox, ac præ nimia uelocitate quasi fatuus. Quādo Mars sine aspectu alicuius fortunæ in septima domo fuerit, natus erit in rebus suis callidus, finē rei nō aspiciēs. Quando Mars sine aspectu Lunæ in quarta domo fuerit, natus parū ad finem suarum rerum aspiciet. Quando Luna & dominus ascendentis in medio cœli fuerint, & Mars sine aspectu Iouis eos aspexerit, natus erit perfidus ac sine prudentia aliqua, & qui sibi lites ac discordias acquirat.

De ægreditudinibus nati. Cap. LIII.

**Q**Vando Sol in natiuitate diurna ab aliqua infortunatarum impeditus fuerit, natus ægreditudinem in oculo dextro habebit, aut forte luscus aut strabo erit. Et si Sole sic disposito natiuitas nocturna fuerit, natus ægreditudinem in stomacho uel cerebro habebit. Et si Luna supra terram infortunata fuerit, natus ægreditudinem in oculo sinistro patietur. Sed si sub terra infortunata fuerit, dolorem colli aut gutturis, uel pulmonis ex frigide & humiditate significat. Quando Mercurius supra terram infortunatus fuerit, ægreditudo linguæ prætendit. Et si sub terra infortunatus fuerit, ægreditudo erit in fisculis locis. Si Venus & Mars infortunati fuerint, ægreditudinem narium significat, ita quòd natus odorem non sentiet, nec appetet, & forsan distillationem in eis patietur. Et si sub terra infortunati fuerint, erit ægreditudo in epate, aut uenis uel in renibus, & uis urinæ cū appetitu coitus. Quando Saturnus & Iupiter supra terram infortunati fu-

h  
erint



## A L B V B A T E R

erint, sicut si essent combusti uel in oppositione suarum augium, aut in locis malis, seu in gradibus tenebrosis, ægritudinem in auribus uel earum meatibus significat. Et si sub terra infortunati fuerint, erit dolor in splene uel spiritu, sicut illi qui credunt subito mori. Quidam sapientes dixerunt quòd quando Luna supra terram in natiuitate nocturna fuerit, erit eius significatio super oculus dextrum, & Sol in natiuitate nocturna super oculum sinistrum. Quàdo infortunæ in angulis fuerint, nec aspexerint illas fortunæ, nec aliquas dignitates ibidem habuerint, ægritudines cronicas uel inseparabiles significant. Quando Luna ab aliquo planeta separatur, & fortuna ipsam non aspexerit, ægritudines portendit. Quando Luna sine aspectu fortunæ in sexta domo fuerit, & infortunæ eam aspexerint, ægritudines cronicas portendit. Quando dominus sextæ domus in ascendente, ac in signo mobili fuerit, & fortunæ ab ipso cadentes, ægritudines nati erunt cronicæ ac inseparabiles. Quando Mars in Libra sine potestate Iouis fuerit, ægritudines cronicas significat. Quando Luna in ascendente fuerit, & infortunæ ipsam aspexerint, ægritudines & dolores significat. Quando infortunæ in angulis fuerint & luminaria aspexerint, natus in corpore suo ægritudinem inseparabilem habebit. Quando infortunæ sub radijs orientales fuerint, ægritudines significant, & si occidentales fuerint, miseriam ac debilitatem habebit. Quando Luna cum infortuna alligata fuerit, ægritudines cronicas ac debilitatem corporis significat. Quando signum sextæ domus ab aspectu uel radijs infortunæ impeditum fuerit, ægritudines significat. Quando signum ascendentis mobile fuerit, erunt dictæ ægritudines in oculis. Et si signum sextæ domus mobile fuerit, & eius dominus in signo mobili, nati ægritudines erunt ex phlegmate. Et si Mars dominum sextæ domus aspexerit, erunt ex calore uel igne. Et si Saturnus & Iupiter dictum dominum aspexerint, erunt de natura caliditatis & humiditatis. Et si Venus domina sexta domus fuerit, erunt ægritudines nati circa renes & pudibunda aut ex nimio coitu. Et si Mercurius dominus sextæ domus fuerit, ægritudines nati erunt in lingua uel auditu. Et si Luna domina sextæ domus fuerit, erunt ægritudines nati in genitalibus & partibus inferioribus. Et hæc de ægritudinibus in generali diximus, sed quia sapientes in libris suis significationes particulares posuerunt, eas declarare in sequentibus proposuimus.

### De cæcitate & oculorum ægritudinibus Cap. LIII.

**Q**uando Sol & Luna ab infortunis oblessi fuerint, & ascendens infortunatum, & dominus eius in malo loco, nec non fortunæ ab ascendente cadentes, natus erit cæcus, aut ægritudinem inseparabilem in oculis habebit. Quando Luna lumine ac numero diminuta in sexta domo fuerit, et maxime quadrato uel opposito aspexerit, cæcitatem significat. Quando

## D E N A T I V I T A T I B V S .

Quando infortunæ in eodem gradu cum luminaribus fuerint, aut luminaria sine aspectu fortunæ quadrato uel opposito aspectu aspexerint, natus uisum amittet. Quando Sol dñs sextæ domus fuerit, & per malū alicuius in fortunæ aspectū absq; aspectu fortunæ infortunatus fuerit, ægritudinē in oculis significat. Quando Luna domina sextæ domus existens in gradu ascendenti per malum infortunarum aspectū infortunata fuerit, & fortunæ ipsam nō aspexerint, natus ægritudinem in oculis habebit. Quando cauda draconis in gradu ascendenti fuerit, & luminaria infortunata, natus aliquem ex oculis amittet, nisi fortunæ bono aspectu ibidem aspexerint. Quando Mars dominus sextæ domus fuerit, & ascendens signum mobile, & Luna lumine ac numero diminuta cum cauda draconis, ac in quadrato uel opposito Martis aspectu, natus uisum amittet. Quando Mars super Lunam existens in septima domo combustus fuerit, ægritudinem oculorum significat. Quando infortuna in tertia domo fuerit, & Mars in ascendente infortunatus, oculi nati ægrotabunt. Quando infortunæ cum luminaribus in locis cadētibus fuerint, ægritudines oculorum significant. Quando luminaria in signis cronicas ægritudines significantibus fuerint, & infortunæ malo aspectu ipsa aspexerint, & fortunæ ab eis cadētes fuerint, natus ægritudines in oculis habebit. Quando Sol & Luna in septima domo fuerint, & Mars immediate post Lunam ascendat, ægritudines oculorum significant. Quando signum secundæ domus fuerit una de domibus Saturni, & Sol dominus partis fortunæ uel ascendenti existens in secunda domo fuerit, ægritudines oculorum portendit. Et sciendum est quòd in aliquibus signis sunt aliqui gradus, qui destruunt uisum. In Tauro locus Achorade gradus 6, 9 & 10. In Cancro à 9 grad. usq; ad 15. In Leone locus Alephereph 18 grad. 27 & 28. In Scorpione 19 & 28. Et secundum Drocheum in Scorpione 8 grad. 9. 10. & 22. In Sagitario 1 grad. 7. 8. & 9. In Capricorno à 26 grad. usq; ad 29. In Aquario 6 grad. 10 & 19.

### De amissione unius oculi, Cap. LV.

**Q**uando Luna lumine crescens à Marte infortunata fuerit, aut lumine diminuta à Saturno, & Sol in bono loco, amissionem oculi sinistri aut infirmitatem inseparabilem significat. Quando Sol in natiuitate diurna infortunatus fuerit, & Luna ab infortunis libera, cæcitatem oculo dextro portendit. Quando Luna in natiuitate nocturna super terram infortunata, ac dominus sextæ domus existens, cum cauda Draconis fuerit, & Sol infortunatus, natus erit cæcus, aut oculum unum amittet. Quando Sol in natiuitate diurna eclipsatus fuerit, amissionem oculi dextri significat. Quando Sol in natiuitate dominus secundæ domus fuerit, natus ægritudinem in oculo dextro habebit, nisi fortunæ ipsum aspexerint.

De nebula oculorum. Cap. LVI.

**Q** Vando aliquis ex planetis sub radijs Solis fuerit, Mars uel Mercurius præcipue, natus nebulam aut maculam in oculo habebit, ita quæ per eam uisus impediatur. Quando Luna cum Marte in eodem signo sub radijs Solis fuerit, nebulam in oculo significat. Quando Venus domina sextæ domus in ascendente fuerit, & infortunæ malo aspectu ipsam aspexerint, natus lachrymationem oculorum & humiditatem patietur, aut in eis cicatricem uel nebulam habebit

De oculis luscis uel strabonibus. Cap. LVII.

**Q** Vando Luna Saturno orientali, ac sub radijs Solis existenti iuncta fuerit, natus erit strabo uel luscus. Quando Sol & Luna in signo mobili iuncti fuerint, & ab ascendente cadentes, necnon ab infortunis cum aspectu fortunæ alligantes, natus erit luscus. Quando Sol in natiuitate diurna, ac in signo tortuosi ascensus impeditus fuerit, & Mars Solem aspexerit, natus erit luscus, præsertim si Sol in gradu tenebroso fuerit.

De oculis tenebrosis. Cap. LVIII.

**Q** Vando Luna in medio Tauri, uel in 6. 9. seu 10 gradu fuerit, aut in 9. aut 19 gradu Cancri, seu in primo, 7. 9. uel in 18 Sagitarij, natus in oculo nebulam habebit, aut oculi eius tenebrosi erunt. Quando Luna in ascendente ac in uia combusta uel in gradu tenebroso, aut in gradu destructionem uisus significante fuerit, tenebrositatem oculorum significat. Quando Sol sub terra in quadrato aspectu Saturni fuerit, natus oculos tenebrosos habebit. Quando Luna in aliquo graduum destructionem uisus significantium fuerit, tenebrositatem oculorum significat, præsertim si Luna fuerit lumine diminuta. Et sciendum est quòd in signis sunt aliqui gradus tenebrosi, uidelicet in Tauro 9. & 20 grad. In Leone 5. 12. 14 & 16. In uirgine 13. 19. & 21. In Libra 19. 20. & 21. In Scorpione 21. 22. & 23. In Capricorno ab 11 gradu usque ad 15. In Aquario 2. 3. & 4.

De uisu debili. Cap. LIX.

**Q** Vando Luna lumine diminuta in malo Saturni & Martis aspectu fuerit, debilitatem uisus significat. Quando Saturnus & Mars in secundo signo à Sole fuerit & Luna infortunata ac numero & lumine

## D E N A T I V I T A T I B V S.

mine diminuta ipsum ab occidente uel medio cœli aspexerit, natus erit debilis uisus. Quādo Luna ab infortunis fuerit obsessa, & fortuna quadrato uel opposito aspectu ipsam aspexerit, debilitatē portendit uisus. Quando Luna lumine ac numero diminuta Saturnū in Sagitario existentem quadrato uel opposito aspectu aspexerit, natus uisum debilem habebit. Quando Luna hora separationis à coniunctione uel præuentione Solis Saturno aut Marti fuerit alligata, natus erit uisus debilis, aut in oculis natus ægritudine inseparabilē patietur. Quādo Luna de sub radijs Solis apparuerit, & infortunæ ipsam malo aspectu aspexerint, uisus nati debilitabitur. Quādo Luna sub radijs Solis iungitur Saturno, Iouem ibidem non aspiciente, debilitatem uisus ac cronicam oculorum ægritudinem significat. Quando Mars & Sol in angulo occidentali fuerint, & Mars fortis ac orientalis fuerit, erit in uisu nati debilitas aut in oculis cronica ægritudo. Quando Sol & Luna in gradib. tenebrosis & sub radijs Saturni in circulo suo descēdentes fuerint lachrymationē oculorum significant, præsertim si Saturnus super illos existēs in signis humidis fuerit. Et peius, quod in ægritudinibus oculorum esse possit, est quod Sol à Marte infortunatus eclipsim patiatur, nam hoc destructionem oculorum significat.

### De ægritudinibus aurium. Cap. LX.

**Q**uando Mercurius dominus sextæ domus existens in malo loco ab ascendente fuerit, & Saturnus eum quadrato aspectu uel sextam domū opposito aspexerit, natus erit surdus. Quando Luna lumine completā Marti in sexta domo obuiauerit, natus quasi nihil audiet. Quando Mercurius natiuitate nocturna existēte de sub radijs apparens, necnō retrogradus & in malo fortunæ aspectu in sexta domo fuerit, natus erit in auditu pōderosus, Mercurius etiā in domo Saturni infortunatus existens, si in decima domo fuerit, & infortunæ ipsum aspexerint, natus omni auditu carebit, præsertim si fortunæ ab eo fuerint peregrinæ.

### De loquela nati. Cap. LXI

**Q**uando Mercurius sub radijs Solis ac in aspectu Lunæ existēs in aliquo signorū uoce carentiū, sicut in Tauro, Scorpio uel Piscibus fuerit, natus erit mutus. Quando Mercurius in Scorpio ac in termino et facie Martis fuerit, et Luna in opposito aspectu aspexerit, natus erit balbus aut in loquela sua aliquantulum impeditus. Quando Mercurius dominus sextæ domus existens in ascendente infortunatus fuerit, natus cum difficultate loquetur. Quando Mercurius dominus sextæ domus, ac in signo uoce carente fuerit, & infortunæ opposito aspectu ipsum aspexerint, natus erit mutus. Quando Mercurius in coniunctione ac termino Martis

fuerit, & Mars ipsum malo aspectu aspexerit, natus erit impeditæ linguæ & quasi mutus. Quando Luna lumine completa ex ascendente fuerit alligata Marti, natus cronicā ægritudinē habebit in lingua. Quando Mercurius in domo ac termino Saturni fuerit, natus cum labore loquetur. Quando Venus in domo Saturni retrograda & in aspectu Martis existens decimā domū possederit, & Mercurius ab ea cadens fuerit, natus erit balbus, aut in lingua multum impeditus, ita quòd loqui uix poterit.

De natis gibbosis. Cap. LXII.

**Q**uando Luna in initio uel fine signi fuerit, & Saturnus ipsam aspexerit, natus erit gibbosus. Quando Luna in tertia domo fuerit, & Saturnus ad eam descendens ac in signo mobili existens super eam eleuatur, natus erit gibbosus. Quando Saturnus ad terram descendens, & Mars dominus ascendentis, ac in signo tortuosi ascensus, & paucae latitudinis existēs, iuncti fuerint, natus erit gibbosus, præsertim si Mars in tertia parte illius signi fuerit.

De natis leprosis. Cap. LXIII.

**Q**uando Luna à coniunctione Solis separata Saturno alligauerit, & fortunæ ipsam non aspexerint, natus erit leprosus. Quando Luna cum Saturno & Marte in Ariete uel Tauro fuerit, natus erit corporis sordidi, & quasi leprosus. Quando Saturnus, Mars, Luna & Venus in Cancro, Scorpione, uel Piscibus fuerint, morpheam uel cancrum, aut apostema carnem corrodens, & foetorem faciens, significant. Quando Iupiter retrogradus fuerit, & dominus domus sextæ peregrinus, ac in aspectu domo uel termino infortunæ, natus ruborem in facie, aut cicatricem uel apostema habebit. Quando Mars aut Saturnus in domo septima peregrini ac ferales fuerint & fortunæ ascendentes Martem & Saturnum aspexerint, natus habebit rubedinē in facie ad lepram declinantem. Similiter Venus sicut de Ioue dictum est disposita, apostema & rubedinem in facie portendit. Quando Iupiter in sexta domo infortunatus fuerit, malū epar significat, ac uentositates, necnon ægritudinem in facie, quæ rosa siue rosura dicitur.

De natis morpheam albam habentibus. Cap. LXIIII.

**Q**uando Venus & Luna in signo aqueo fuerint infortunati, natus morpheam albam patietur. Quando Luna cum infortuna in eodē signo sub radijs Solis fuerit, natus morpheam albam cum sanie & casu pilorum in

invenit  
Pallas &  
cum de sig  
in angulo  
Denat  
Q Vando  
posito  
quasi stultus  
te fuerit, & Ma  
fortuna bono  
ita Saturno fu  
incurret, præ  
Sole & Luna  
Quando Me  
in angulo m  
natus erit luna  
fine aspectu fo  
Quando infor  
fortuna ibi n  
iunctione Ma  
ibide non aspe  
Sole in nativita  
tis Luna in nativ  
Quando Saturnus  
lumine dimmuta  
aspexerit, Quan  
& Martem sine al  
fuerit. Quando  
domo eos asp  
aspexerit. Qu  
aspectu aspece  
minus ascende  
Mercurius à do  
luna proferet. C  
natus infortun  
infortunæ, & a  
natus. Quando  
rmas Mercurius cū  
Sole in peregrin  
fortuna infortunæ

DE NATIVITATIBVS.

incurret. Quando Luna in Ariete, Cancro, Scorpione, Capricorno uel Piscibus à Saturno infortunata fuerit, morpheam significat. Quando ali quod de signis prædictis fuerit ascendens, & pars absentiae uel fortunæ in eo, morpheam natum inuadet.

De natis lunaticis fatuis aut luscis. Cap. L X V.

**Q**uando Mars in angulo terræ fuerit, aut Sol ipsum quadrato uel opposito aspectu aspexerit, natus erit lunaticus aut mali sensus, uel quasi stultus seu fatuus. Quando Mercurius cum Saturno in ascendente fuerit, & Mars eum opposito aspectu aspexerit, natus erit Lunaticus, nisi fortunæ bono aspectu eos aspexerint. Quando Luna in ascendente iuncta Saturno fuerit, & Mercurius infortunatus eos aspexerit, natus stulticiam incurret, præsertim si fortunæ ibi non aspexerint. Quando Mars inter Solē & Lunam in eodem signo fuerit, natus Lunaticus aut luscus efficietur. Quando Mercurius uel Mars in ascendente fuerit, & Saturnus super illum in angulo medijs cœli, & Mercurius in oppositione Lunæ à septima domo, natus erit lunaticus aut luscus. Quando Luna à Saturno separata Marti sine aspectu fortunæ iuncta fuerit, natus erit lunaticus, aut parui sensus. Quando infortunæ ascendens et eius dominum malo aspectu aspexerint, & fortunæ ibi non radiauerint, natus erit parui sensus. Quando Luna à conjunctione Martis separata sub radijs Solis fuerit, & fortunæ bono aspectu ibidem non aspexerint, natus erit lunaticus. Quando dominus triplicitatis Solis in natiuitate diurna fuerit in oppositione Solis, & dominus triplicitatis Lunæ in natiuitate nocturna in oppositione Lunæ, natus erit lunaticus. Quando Saturnus dominum cōiunctionis seu præuentionis aspexerit, & Luna lumine diminuta fuerit, natus erit lunaticus, præsertim si fortunæ ibidem non aspexerint. Quando Luna lumine crescens in Sagittario uel Piscibus fuerit & Martem sine aspectu fortunæ malo aspectu aspexerit, natus lunaticus efficietur. Quando Luna & Mars in ascendente fuerint, & Saturnus in septima domo eos aspexerit, natus erit lunaticus, præsertim si fortunæ Lunam non aspexerint. Quando Mercurius & Saturnus ferales fuerint, ac se opposito aspectu aspexerint, & Luna in aliquo angulorum Martem aspexerit, & dominus ascendens in septima domo fuerit, natus erit lunaticus. Quando Mercurius à domino ascendens separatus fuerit, natus quandoq; uerba aliena proferet. Quando Sol per quem sensus significatur, ab ambabus in fortunis infortunatus fuerit, necnon in oppositione ascendens, ac in termino infortunæ, & dominus eius ipsum aspexerint, natus erit melancholicus aut stultus. Quando Luna et dominus ascendens à Marte infortunati fuerint, & Mercurius cū eis iungatur, natus erit lunaticus & quasi stultus. Quando Sol & Luna peregrini fuerint, aut in 6 domo, et in eodem gradu cōiuncti & in fortunæ sine fortunarum aspectu aspexerint, natus lunaticus efficietur siue stultus.

De

## De natis epilepticis. Cap. LXVI.

**Q**Vando Sol & Venus in ascendente fuerint, & Saturnus ex angulo terræ occidentalis eos aspexerit, natus erit epilepticus aut sensu di-  
minutus, aut de illis qui dicuntur stellatici. Quando Sol in ascen-  
dente fuerit, & ascendens signum nonum, & Luna in Piscibus, & Saturnus  
in Sagittario, & Mars in Geminis aut Virgine, epilepticos cadentes signifi-  
cat. Quando Luna in natiuitate diurna Mercurium non complectitur,  
nec ascendenti unitur, natus erit epilepticus.

## De natis paraliticis. Cap. LXVII.

**Q**Vando Luna non longe à Saturno peregrina fuerit, ægritudinem  
in neruis & membris ex frigiditate, aut dolorem paraliticum signi-  
ficat. Quando Luna lumine diminuta cum Saturno in signo phleg-  
matico sub radijs Solis sine aspectu fortunæ fuerit, natus ægritudinem pa-  
raliticam incurret. Quando Luna peregrina existens cum Saturno in a-  
liquo angulorum sub radijs Solis sine aspectu fortunæ fuerit, natus erit pa-  
raliticus. Quando signum sextæ domus & dominus eius ab ascendente  
infortunati fuerint, & Saturnus sine aspectu Iouis ipsum aspexerit, natus  
ægritudinem frigidam & humidam incurret.

## De natis cordiacis. Cap. LXVIII.

**Q**Vando Sol sextæ domus existens infortunatus fuerit, & fortunæ  
ab ipso cadentes, debilitatem cordis & eius ægritudinem significat.  
Quando Iupiter in angulo terræ infortunatus fuerit, & maxime à  
Saturno, natus anxietatem & dolorem cordis habebit. Quando in nati-  
uitate diurna Saturnus, Iupiter & Mars in quarta domo fuerint, anxietas  
significat, & quòd natus quando aliquos rumores audiet, motum cordis  
sentiet.

## De natis epaticis. Cap. LXIX.

**Q**Vando sextum signum ab ascendente fuerit domus Iouis, & in ipso  
à quadrato uel opposito malorum aspectu infortunatus, natus dor-  
lorem in epate habebit, & de facili febrem incurret. Quando Lu-  
na sextæ domus domina fuerit, & infortunæ sine fortunarum aspectu eam  
aspexerint, & Martis infortunæ aspectus fortior fuerit, dolorē epatis & æ-  
gritudinem cronicam ab epate procedentem significat, præsertim si Mars  
in ter

## DE NATIVITATIBVS.

in termino nocturno fuerit, & in quarta uel septima domo. Quando Luna & dominus ascendens à Marte infortunati fuerint, natus dolorem epatis & ægrotudines calidas habebit, & fortè quòd sanguis ab eius corpore per incisionem uel percussionem exhibit. Quando Sol natiuitate diurna existente in Scorpione fuerit, natus dolorem iuncturarum patietur.

### De natis spleneticis. Cap. LXX.

**Q**uando Luna domina sextæ domus fuerit, & infortunæ ipsam maxime Saturnus sine aspectu alicuius fortunæ aspexerint, natus dolorem in splene habebit. Quando dominus ascendens fuerit in ascensu suo & infortunæ ipsum aspexerint, natus dolorem splenis incurret. Quando dominus ascendens in natiuitate diurna combustus uel impeditus, aut in malo loco fuerit, & Mars in angulo terræ existens ipsum impedit, dolorem splenis significat. Quando Saturnus dominus ascendens existens ab infortuna peregrina infortunatus fuerit, natus ægrotudinè & apostemata incurabilia habebit. Quando Luna lumine ac numero diminuta in domo Saturni fuerit, maxime in natiuitate nocturna, natus erit febrilis, & tumorem uel duriciem in splene habebit.

### De natis pulmonicis. Cap. LXXI.

**Q**uando Luna sub terra infortunata fuerit, natus in pulmone habebit apostema, & hoc deterius erit, si Luna in angulo terræ fuerit, quia natus grauem tussim ex parte pulmonis habebit, & phlegma cum sanie spuet. Quando Venus domina sextæ domus existens fortunata à Saturno in signo igneo existenti, natus calorem cum siccitate, ac pulmonis dolorem patietur. Quando Luna sub terra à Saturno quadrato uel opposito aspectu infortunata fuerit, natus suffocationem anhelitus habebit.

### De natis stomachicis. Cap. LXXII.

**Q**uando Mars & Saturnus in sexta uel duodecima domo fuerint, natus in stomacho patietur, & cancrum ac dolores extraneos habebit. Quando Sol in natiuitate diurna impeditus & infortunatus fuerit, ægrotudines nati ut plurimum erunt in stomacho. Quando Luna debilis & infortunata in sexta domo fuerit, natus multis ægrotudinibus in corde uel stomacho existentibus ægrotabit.



De natis in uentre ac intestinis dolorem habentibus. Cap. LXXIII.

**Q**uando Mars in septima domo, & in Scorpione sine potestate Iouis & Veneris fuerit, excoriationem & dolorem intestinorum significat. Quando Mars in natiuitate diurna in tertia uel quarta domo cum cauda Draconis sine fortunæ aspectu fuerit, ulcerationem intestinorum significat. Quando Saturnus & Mars in sexta uel duodecima domo sine aspectu fortunæ fuerint, natis dolorem in intestinis & ulcerationem intestinorum significat. Quando Saturnus & Mars in sexta uel duodecima domo sine aspectu fortunæ fuerint, natus dolore in intestinis & ulceratione condesumetur & sanguinis putredinē habebit. Quando Saturnus cum cauda Draconis in septima domo, quæ uentrem significat, fuerit, dolorem intestinorum cum uentositate, frigiditate & siccitate, necnon dolorem ilium, ac colicam passionē portendit. Quando dominus sextæ domus in ascendente ac in signo mobili fuerit, & dominus ascendenti similiter in signo mobili, & Saturnus ipsum aspexerit, ægritudinē cronicā ex humiditate & sanguine & uentris dolorē significat. Quando Saturnus peregrinus combustus in termino Veneris fuerit, natus ægritudines in uentre habebit. Quando signum sextæ domus infortunatum & dominus eius in sexta domo uel septima sub radijs Solis fuerint, natus dolorem ac inflammationem uentris incurret. Quando pars fortunæ uel Luna aut dominus ascendenti in septima domo infortunati fuerint, natus dolorem uentris patietur, et erit dolor secundum naturam & qualitatem signi septimæ domus.

De ægritudinibus genitalium. Cap. LXXIII.

**Q**uando Luna à Saturno in aliquo angulorum existenti sub radijs Solis à lumine diminuta separata fuerit, natus dolorem uentris et genitalium frigiditatem habebit. Quando Luna lumine crescens, & numero diminuta in natiuitate diurna Martem aspexerit, dolorem genitalium & ægritudinem cronicam in eis portendit. Quando Venus peregrina in ascendente fuerit, & Saturnus ipsam aspexerit, dolorem genitalium significat. Quando Luna lumine diminuta in secunda domo ac in signo humido fuerit, & Saturno in opposito augis suæ existenti per conjunctionem applicuerit, natus inflammationem, aut relaxationem, uel rupturam in genitalibus habebit. Quando Venus retrograda cum Marte in octaua domo maxime in Scorpione fuerit, genitalia nati erunt magna. Quando Luna Venus & Mars in eodē loco fuerint, & Saturnus sine aspectu Iouis eos aspexerit, natus in genitalibus ægritudinem habebit. De

De lapide & harenulis. Cap. LXXV.

**Q**uando Saturnus significator ægritudinum fuerit, eo existente infortunato, & Luna ei per coniunctionem uel aspectum alligetur, lapidem & harenulas in renibus aut uesica, necnon dolorem & siccitatem in genitalibus & uirga significat. Quando dominus partis infirmitatis domum sextam aspexerit, et dominus sextæ ac septimæ domus infortunatus fuerit, natus dolorem in renibus & uesica secundum naturam domus sextæ patietur.

De natis multi coitus. Cap. LXXVI.

**Q**uando Venus in signo luxurioso fuerit, natus coitum appetet. Quando Venus in tertia fortuna uel facie Geminorum peregrina fuerit, natus erit incontinens & sterilis. Quando Venus in prima facie Leonis & in loco malo fuerit, natus palam erit incontinens. Quando Venus in Aquario ac in bono Martis aspectu fuerit, natus erit incontinens. Quando Venus in Piscibus fuerit, & Mars eam ab exaltatione sua aspexerit, natus erit multi coitus et fornicator, ac inde mortem sibi procurabit. Quando Venus domina septimæ domus existens à Marte in malo loco infortunata fuerit, natus erit incontinens. Quando Venus in domo Solis ac in malo aspectu Martis fuerit, natus erit incontinens ac magnus fornicator. Quando Venus cum cauda Draconis sine aspectu Iouis in Libra fuerit, natus erit incontinens & sodomita.

De natis pauci coitus. Cap. LXXVII.

**Q**uando Venus & Saturnus infortunati ac peregrini in decima domo iuncti fuerint, natus erit ad coitum impotens. Quando Luna in secunda domo cum Saturno fuerit, & Venus retrograda existens ipsum quadrato aspectu aspexerit, coitus impotentiam portendit. Quando Saturnus retrogradus in sexta uel duodecima domo ac in signo humido fuerit, impedimentum feminis ac frigiditatem significat. Quando Saturnus peregrinus ac retrogradus in termino Veneris fuerit, impedimentum feminis & dolorem genitalium significat. Quando Luna à Venere separata Mercurio in septima domo existenti alligauerit, impedimentum coitus significat, ueruntamen ex toto non destruetur.

## De natis eunuchis &amp; hermafroditis. Cap. LXXVIII.

**Q**uando Saturnus in angulo terræ fuerit, & ipse ac Venus infortuna-  
 ti existentes Solem eclipsatum aspexerint, natus castrabitur. Quan-  
 do Venus & Luna in sexta uel duodecima domo infortunati fuerint  
 & Saturnus super eas eleuatus, natus castrabitur. Quando Saturnus sup  
 Lunam & Venerē eleuatus fuerit, & Mars ipsum malo aspectu aspexerit,  
 membrum nati ferro truncabitur, aut natus castrabitur. Quando Sol in  
 aliquo angulorum peregrinus fuerit, & Saturnus, Venus & Mercurius cū  
 eo, & Mars eum malo aspectu aspexerit, natus castrabitur. Quando  
 Leo in natiuitate diurna ascendens fuerit, & Venus, Mars & Sol in eo, na-  
 tus castrabitur. Quando Saturnus, Sol, Venus & Mercurius ex angulis  
 quartam domum aspexerint, & Mars ipsos infortunans in ea fuerit, natus  
 castrabitur. Quando planeta masculus in signo ac parte foeminiis fuerit,  
 & cum ipso stella lucida de natura Martis occidentalis à Sole per 198 gra-  
 natus erit hermafroditus, & utrūq; sexum, scilicet uiri ac mulieris, habebit.

## De natis &amp; filiabus sterilibus. Cap. LXXIX.

**Q**uando Saturnus peregrinus in ascendente fuerit, & Venus retrogra-  
 da ex angulo occidentali ipsum aspexerit, natus prole carebit. Quan-  
 do Luna & Venus in signis sterilibus, uidelicet in Gemini, Leone &  
 Virgine fuerint, & Mars & Saturnus malo aspectu eas aspexerint, natus  
 prolem nō generabit, nec nata etiam. Quando Saturnus peregrinus ac  
 retrogradus in angulo occidentali uel mediū cœli fuerit, & Iupiter infortu-  
 natus ac Luna lumine & numero diminuta ipsum de sub radijs Solis aspe-  
 xerit, natus prole carebit, & nata sterilis erit. Quando Venus retrogra-  
 da ac in secunda domo, per quam matrix mulieris significatur, necnon in  
 signo sterili fuerit, & Saturnus eam malo aspectu aspexerit, natus erit steri-  
 lis. Quando Saturnus super Venerem eleuatus fuerit, & Luna in sexta  
 uel duodecima domo infortunatur, natus prolem non habebit, & mulier  
 non impregnabitur. Quando Mars & Saturnus in sexta domo ac in si-  
 gno mobili sine aspectu fortunæ retrogradi fuerint, & ambo Venerem  
 malo aspectu aspexerint, natus erit sterilis, & in loco seminis impeditus,  
 & ita de nata iudica. Quando Venus sine aliquo fortunæ aspectu in do-  
 mo Saturni combusta fuerit, & Mars eam malo aspectu aspexerit, natus  
 prolem non habebit, & nata sterilis efficietur.

De

## DE NATIVITATIBVS.

### De natis qui à mulieribus non diliguntur. Cap. LXXX.

**Q**Vando Venus in domo Solis infortunata fuerit, natum mulieres abhorrebunt, quia natus erit malicoitus. Quando Venus in signo mobili præterquam in domo propria retrograda, ac in malo aspectu infortunæ fuerit, natus à mulieribus abhorrebitur. Quando Luna in domo Veneris combusta fuerit, ac in malo fortunæ aspectu, & Venus peregrina ac retrograda existens duabus infortunis fuerit obsessa, natum mulieres in coitu abhorrebunt. Quando Venus in septima domo infortunata fuerit, & dominus ascendentis ipsam ex ascendente opposito aspectu aspexerit, et Luna cum Saturno in quarta domo ac in aspectu Veneris iuncta fuerit, natus à mulieribus abhorrebitur, & propter foetorem seminis sui uituperabitur.

### De ægritudine ani. Cap. LXXXI.

**Q**Vando cauda Draconis in Libra fuerit, natus hemorroides, aut aliud uicium in ano habebit. Quando Saturnus in undecima domo peregrinus fuerit, et Mars retrogradus eum opposito aspectu aspexerit, hemorroides significat. Quando Mars in loco cõiunctionis uel præuentionis horam natiuitatis præcedentis fuerit, natus hemorroides siccas patietur, aut fistulam in ano habebit, ac debilis erit. Quando dominus ascendentis in septima uel quarta domo cum Marte fuerit, dolorem ani & hemorroides cum fluxu sanguinis significat. Quando Mars in ascendente fuerit, dolorem intestinorum & sanie ex ano manantem portendit. Quando Saturnus peregrinus in ascendente sine aspectu fortunæ fuerit, et Mars ipsum ex occidente aspexerit, natum dolor ani cum uentositate et hemorroidibus inuadet, et sanguinem cum sanie ab ano proijciat. Quando dominus ascendentis infortuna fuerit, ac in septima domo sine aspectu fortunæ, natus dolorem in inferiori parte uentris et ani patietur. Quando Saturnus in natiuitate diurna sine fortunæ aspectu in septima domo retrogradus fuerit, et Mars eum malo aspectu aspexerit, natus dolorem in inferiori parte ani patietur, et sanguinem cum sanie ex ano proijciat.

### De natis breuis staturæ. Cap. LXXXII.

**Q**Vando Luna in postrema parte signi quartæ domus fuerit, & Saturnus ipsam aspexerit, natus erit staturæ breuis. Quando Luna erit in signo torti ascensus, ac in aspectu Saturni in opposito augis suæ

## A L B V B A T E R

suæ existentis fuerit, natus erit staturæ brevis, parua membra & diminuta habens, & fortè aliquo membro carebit. Quando Luna sub radijs Solis fuerit, & Saturnum aspexerit, natus erit staturæ brevis.

### De natis longæ & æqualis staturæ. Cap. LXXIII.

**Q**uando Luna in medio cœli fortunata fuerit, & dominus ascendentis in eodem signo cum ipsa, pulchritudinem staturæ cum æqualitate significat. Quando dominus ascendentis in medio cœli fortunatus, ac à malo aspectu Saturni uel coniunctione liber fuerit, & Mars dominum ascendentis aspexerit, natus pulchram habebit staturam. Quando signum directi ascensus fuerit ascendens, & dominus eius in signo directi ascensus, similiter longitudinem staturæ significat, et hoc fortius si Luna non fuerit combusta, nec in circulo suo descendens.

### De natis corporum debilium. Cap. LXXIII.

**Q**uando Luna lumine diminuta ab infortuna separatur, et in angulo combusta fuerit, natus erit debilis corporis, ac in rebus suis piger. Quando Sol in ascendente peregrinus alicui termino infortunæ fuerit, et Saturnus eum quadrato uel opposito aspectu aspexerit, natus erit debilis atq; piger. Quando Luna in ascendente ac in signo Arietis fuerit ac Saturno de signo mobili alligauerit, natus erit debilis atq; brevis motus. Quando Sol ab ascendente cadens fuerit, et Mars in circulo suo descendens ab angulo succedente eum aspexerit, Luna in quadrato uel opposito Saturni aspectu existente, natus erit debilis ac brevis motus.

### De natis caluis. Cap. LXXV.

**Q**uando Leo, Virgo, aut Scorpio, uel Sagittarius ascendens fuerit, et Mars in eis, natus erit caluus. Quando Cancer fuerit ascendens, et Mars aut Luna in eo, aut quòd Mars ipsum quadrato uel opposito aspectu aspiciat, natus erit caluus. Quando pars fortunæ & pars fidci, ac eorum domini in Ariete fuerint, natus erit caluus.

### De natis raræ barbæ. Cap. LXXVI.

**Q**uando Aries, Cancer, Scorpio uel Piscis ascendens fuerit, & pars fortunæ ibidem, Marte dictam partem aspiciente, iauces nati erunt depilatæ, & barba eius pauca atq; rara.

De

## DE NATIVITATIBVS.

### De natis sudorem & anhelitum foetidum habentibus. Cap. LXXXVII.

**Q**Vando Venus in domo Saturni retrograda fuerit, ac in eius malo aspectu, natus sudorem & anhelitum foetidum habebit. & hoc fortius si Venus signum Capricorni possederit. Quando Mercurius dominus sextæ domus existens à malo Saturni aspectu fuerit, natus sudor erit foetidus & os foetet. Quando Venus domina sextæ domus existens in domo Lunæ retrograda, ac in malo Saturni aspectu aspexerit, os nati et eius asellæ foetabunt. Quando Venus in domo Iouis combusta fuerit, & Saturnus eam sine Iouis aspectu malo aspexerit, natus erit totus foetens. Quando Venus in signo mobili in termino Saturni, ac in eius aspectu fuerit, natus in ore & asellis foetorem habebit. Quando Luna cum Saturno in Ariete ac in ascendente fuerit, natus erit foetidi, anhelitus & extraneus.

### De ægritudine nodorum & membrorum fractione. Cap. LXXXVIII.

**Q**Vando Luna & pars infirmitatis in secunda domo fuerint, & Mars eas opposito aspectu aspexerit, corpus nati frangetur, & nodi eius impediuntur. Quando Luna in signo torti ascensus ac sub radijs Solis combusta fuerit, & Mars retrogradus ipsum malo aspectu aspexerit, loquem Luna non aspiciente, natus ægritudinem cronicam patietur, ita quod ei aliquod membrum abscindetur. Quando Luna in ascendente Marti iuncta fuerit, aut ipsa in ascendente existens peregrina sine bono aspectu Martem ex opposito aspectu aspexerit, aliquod ex membris nati truncabitur.

### De ægritudinibus manuum atque pedum. Cap. LXXXIX.

**Q**Vando Saturnus et Mars cum Ioue fuerint, Venere in quarta domo infortunata existente, natus impedimentum in manibus & pedibus habebit. Quando infortunæ ex sexta domo uel duodecima, sine bono Iouis aspectu Saturnum aspexerint, natus erit incuruatus. Quando Saturnus & Mars, aut eorum Genzaar et Sol, in sexta domo fuerint, cronicam in pedibus ægritudinem significant. Quando pars fortunæ et pars animositatis, ac domorum suarum domini, in Sagitario, Capricorno, Aquario

## A L B V B A T E R

**A**quario uel Pisce fuerint, natus podagram & cancrum in pedibus patietur. Quando Luna in oppositione Solis, ac in domo sexta fuerit, et Marti per malum aspectum alligauerit, cronicam in pedibus ægritudinem significat, ita quòd natus sine adiutorio hominis uel baculi ire non poterit. Quando Saturnus, Luna & Mars in duodecima domo peregrini fuerint, et Iupiter eos bono aspectu non aspexerit, cronicam in pedibus ægritudinem portendit. Quando pars infirmitatis in signo mobili, aut in aspectu infortunæ fuerit, et fortunæ ea nõ aspexerint, natus crura et pedes tortos habebit. Quando dominus ascendens in duodecima domo cum in fortuna fuerit, aut in fortuna ipsum quadrato uel opposito aspectu aspexerit, cronicam in pedibus ægritudinem significat. Quando Sol & Luna in sexta domo fuerint, & infortunæ eos aspexerint, natus in pedibus podagram, uel in manibus chiragram patietur. Quando Mars retrogradus ac peregrinus sextam domum possederit, natus impedimentum aliquod in pedibus habebit. Quando signum sextæ domus mobile fuerit, & dominus eius in signo mobili, natus pedes tortos habebit. Quando Saturnus in sexta domo peregrinus ac impeditus fuerit, natus podagra uel chiragra agitabitur, maxime si natiuitas nocturna fuerit. Deinde aspice ad infortunas quæ impediunt super aliquod membrum in earum regimine, & secundum quòd ægritudo in parte signi dictam infortunam recipientis fuerit, iudica, computando ab Ariete usque ad locum in quo erit fortuna. Dorotheus dicit, quòd à medio cœli scies in qua parte erit ægritudo, nam si in medio cœli fuerit aliquis ex planetis, ægritudo erit à parte dextra, & si nullus ibi fuerit, à parte sinistra. Et si sub terra fuerit, erit à parte dextra. Tempus cronicæ ægritudinis hoc modo scire poteris: Nam si pars infirmitatis & in fortuna ægritudinē significans ab ascendente usque ad decimam domum fuerit, ægritudo erit tēpore infantia: Et si à decima domo usque ad septimam fuerit, ægritudo erit in pueritia. Et si ab ascendente usque ad quartam domum fuerit, erit in iuuentute. Et si à quarta domo usque ad septimam, erit in senectute, & circa tempus mortis. Similiter quando significator infirmitatum fuerit in termino terræ, partire debes terminum illum secundum partitionem supradictam. Et hæc de ægritudinibus tam generaliter quàm particulariter dicta sufficiant.

### De magisterio nati, Cap. xc.

**S**cias quòd magisteriorum sunt tres domini, uidelicet Mars, Venus & Mercurius. Mars propter eius leuitatem, mobilitatem, caliditatem, læticiam ac fortitudinem, unus ex magisteriorum dominus factus est. Mercurius uero, quia habet intellectum, subtilitatem, iudicium, loquelam, & scripturam, dominus magisteriorum cum Marte factus est. Venus autem, quia habet operationem, manuum & formas mirabiles, necnon res perfectas

## D E N A T I V I T A T I B V S .

perfectas cum durabilitate & tarditate, magisteriorum dominium cum alijs assumpsit. Nec mirum si sine prædictorū planetarum adiutorio nullum magisterium recte fieri posset. Nam magisterium sine ingenio & artificio non fit, & ingenium nō potest esse sine intellectu, & intellectus non potest esse sine ordinatione & cogitatione: & ordinatione & cogitatione non potest esse sine scientia & studio: scientia uero & studium sine durabilitate esse nō possunt. Antiqui ergo nō sine causa prædictis tribus planetis magisteriorum dominia tribuerūt, sed Saturnus, Iupiter, Sol & Luna, nihil in magisterijs sine participatione prædictorum trium planetarum significant, nec mirum, Nam Sol regna & reges, nec non uiros altos & sublimes & qui alijs dominantur, nec serui fiunt, sed seruos & artifices sub se habent significat. Saturnus est dominus pigritiei, auariciæ, ponderositatis, miseræ, turpitudinis ac tristitiæ. Et ob hoc, quando natus in natiuitate sua Saturnum peregrinum ac præcipuè sine bono aliquorum trium prædictorum magisteria significatium habuerit aspectu, aut dictos magisteriorum dominos malo aspectu aspexerit, natus iniurias & opprobria propter magisterium patietur, & quæret esse quietus, nō bonitate sui sed propter eius miseriam. Et si aliquis planeta Saturnum aspectu & potestate adiuuet, natus terras fodiens, riuos ac foueas faciet, mortuos sepeliet, ac eos de loco in locum mutabit, aut in agris & uineis (sicut serui & miseri) operabitur, mercedem inde accipiendo. Iupiter est dominus religionis, orationis, & simplicitatis. et ergo cum ipse in natiuitate aliqua peregrinus aut infortunatus sine aliquo dictorum dominorum aspectu fuerit, natus ab istis secularibus liberabitur, & cogitabit ea quæ Dei sunt, mundum dimittet, ac uitæ miseræ efficietur. Luna est domina debilitatis, festinationis, uelocitatis, pauci intellectus ac uelocis responsionis, & maius opus eius est ire ac redire. Quando ergo Luna in aliqua natiuitate male disposita fuerit, natus erit motionis infructiferæ. Et si fortis fuerit, significabit portationem lignorum & saccorum, ac opera manualia, ac præcones, nec non eos qui inter alios discordiam seminant, dicendo quòd talis de eis malum dixit. Et significat omne opus in quo manibus ac pedibus laboratur, & hoc secundum aspectū & receptionem cum prædictis tribus dominis & alijs planetis. Præterea sciendum est, quòd aliqui sunt qui habent magisteria in loquela, uoce, & lingua: & aliqui qui operantur manu sicut scriptor: & alij qui operantur in cōputationibus, uenditionibus & emptiōibus: & alij sunt qui sunt pigri sine magisterio. Cum de magisterio nati discernere uolueris, & unum ex magisteriorum dominis in domo sua tantum inueneris, da nato magisterium altius. Et si fortis ac fortunatus, ac in exaltatione sua fuerit, da ei magisterium altius quàm habere possit, quia natus in dicto magisterio erit famosus atq; magister nominatus. Et si dictus dominus retrogradus tantum fuerit, minue medietatem magisterij. Et si retrogradus ac peregrinus fuerit minue tres partes magisterij. Et si retrogradus peregrinus & combustus fuerit, minue totum magisterium, quia natus de eo non habebit, nisi famā



A L B V B A T E R

& nomen. Et scias quòd significator magisterij, significat opus & magisteria, prout naturæ signi, in quo fuerit, conuenit. Quod si dictus dominus in domo sua non fuerit, sed in signo in quo dignitatem non habet, coniunge naturam signi alicuius domini cum natura ipsius. Quando ergo significator magisterij in domo Iouis fortunatus fuerit, magisterium bonū & altum significat. Et si in domo Saturni sine aspectu fortunæ fuerit, magisterium malū & miserum atq; uile significabit. Et si in domo Martis fortunatus fuerit, magisterium cum ingenio & artificio, in quo gaudium & læticiam adhæret, significator. Et si in domo Solis fortunatus fuerit, magisterium in rebus dominorum ac principum cum honore portendit. Et si in domo Lunæ fuerit, magisterium extraneum quod homo astutia & ingenio suo faciet ostendit. Quando significator magisterij in ascendente uel per quinque gradus ante ascendens fortunatus fuerit, natus in magisterio suo erit fortunatus, ac in fortuna sua addens. Et si ultra hos gradus infra domum fuerit, natus erit à Deo fortunatus, sed in fortuna sua minuēs. Et si in secunda domo feralis fuerit, intrabit in magisterio nati mala cogitatio cum uituperio. Et si in decima domo fuerit, erit magisterium nati ornatum & leuatum. Quando significator magisterij in suo signo liber ab impedimentis fuerit, natus in magisterio suo læticiam ac fortunam habebit. Et si in loco forti fortunatus fuerit, natus in magisterio suo erit odiosus. Et si dictus significator in descensione sua fuerit, dabit nato magisteriū magni laboris & pauci lucri. Et si in loco illo dignitatem aliquam habuerit, dabit nato magisterium medium. Quod si dictus significator in domo sui descensus existens, natus de magisterio suo non curabit. Quod si fortem ipsum aspexerit, faciet magisterium quod diligit, & non remouebit animū suum ab illo. Et si dictum significatorem infortunæ aspexerint, maxime Saturnus, nato dabit magisterium cum pœna & labore graui, & ob hoc natus ipsum dimittere appetet. Et si Mars loco Saturni dictum significatorem aspexerit, nato super magisterium illud infamiam & calliditatē ac animi magnitudinem imponet. Quod si Mars tunc infortunatus fuerit, natus de leui magisterium suum dimittet, & fortè magisterium illud erit sibi inutile. Scias etiam quòd signa ignea significant magisteria ignea, sicut sunt magisteria ferrariorum artificum, pistorum, uitreariorum & similiū. Et signa terrea, significant magisteria quæ per terram uel ex terra fiunt, sicut sunt magisteria figulorum, murariorum, fossorum, & similium. Signa uero aerea, significant cantores, ioculatores, aucupes, & horum similia. Et signa aquea significant piscatores, lotrices, fullones, & horum similia. Quando significator magisterij in signo ferarum fuerit, magisterium nati erit circa feras, sicut sunt leones, ursi & simiæ, & horum similes. Et si in signo humano fuerit, natus erit physicus uel tonsor, & sic de alijs magisterijs quæ sunt circa homines. Et si in Ariete fuerit, pastores & carnifices, campanarum factores, & horum similes significat. Quando Venus magisterij significatrix existens in signo humano fuerit, & unus de superioribus planetis

D E N A T I V I T A T I B V S .

netis bono aspectu ipsam ex signo humano aspexerit, natus erit cantor lætus atq; lusor, et sic de alijs similibus. Et si in fortunato eam aspexerit, magisterium nati erit circa res odoriferas, & fructus redolentes, & sic de alijs. Et si ipsam ex signo terreo aspexerit, natus gemmarum aut uitorum, & horum similibum uenditor erit. Et si ex signo aqueo ipsam bono aspectu aspexerit, erit uenditor margaritarum & lapidum alborum & lucidorum, & similibum qui in mari reperiuntur. Et si ex signo igneo eodem modo ipsam aspexerit, natus erit aurifaber, & sic de alijs magisterijs preciosis quæ per ignem fiunt. Et si ex signo quadrupede ipsam aspexerit, natus erit uenditor equorum, cirogrillorum & onagrorum, aut boum montanorum, & sic de alijs similibus. Quando Mars significator magisterij fuerit, & aliquis ex planetis magisteria significantibus ex signo igneo ipsum aspexerit, natus erit faber, aut metallorum fusor, & sic de alijs. Et si ex signo terreo ipsum aspexerit, natus erit figulus aut uitrarius, & sic de alijs magisterijs quæ ex terra & igne fiunt. Et si ex signo aqueo ipsum aspexerit, natus erit balneator aut tabernarius, uel caseorum factor seu aquarum distillator, & sic de alijs magisterijs quæ ex aqua & igne fiunt. Et si ex signo aereo ipsum aspexerit, ac in eo peregrinus fuerit, natus lapides ingenijs uel machinis pñciat, aut sagittarius erit uel auceps, & sic de alijs magisterijs quæ mediante aere uel in aere fiunt. Et si in dicto signo aliquam dignitatem habuerit, natus erit physicus. Et si in dicto signo descendens peregrinus ac infortunatus fuerit, tonsores & significatores significat. Et si ex signo bestię ipsum aspexerit, ac in eo dignitatem & fortunam habuerit, natus erit bestiarum medicus. Et si in dicto signo peregrinus, & in casu suo fuerit, natus erit portator bestiarum mortuarum extra uillas & earum excoriator, uel coriorum præparator, & sic de alijs magisterijs foetidis. Quando Mercurius significator ingenij existens in signo humano fuerit, & aliquis de planetis magisteria significantibus ipsum bono aspectu aspexerit, significat doctrinam uerborum & recordationem sanctorum hominum, formosorum ac historiarum, necnon philosophiam & scientiam dictaminis indicat. Et si in signo igneo fortunatus fuerit, campores & monetarios significat. Et si in signo terreo fuerit, seminatorem terrarum, ac earum mensurationem, numerum, & computationem atq; Geometriam significat. Et si in signo aereo fuerit, aucupes portendit. Et si in signo aqueo fuerit, ductorem aquarum & fluminum significat. Aspiciere etiam debes in magisterio nati ad partem magisterij & eius dominium, ad alligationem Lunæ cum infortuna, ac eius separationem in signo in quo est, necnō terminos Solis & Lunæ, & dominos domorum suarum, & qui planetæ dictos significatores aspiciant. Nam si planeta fortunatus eos bono aspectu aspexerit, dabit nato fortitudinem, gaudium, ac fortunam in magisterio suo, maximè si ille planeta aspiciens fortuna fuerit: & si malo aspectu eos aspexerit, natus magisterium suum contemnet, maximè si ille planeta aspiciens infortuna fuerit, nā tunc magisterium nati erit pauci lucri & multi laboris ac magnæ tristitiæ. Quando

## A L B V B A T E R

**Luna** in domo uel exaltatione sua, aut in aliqua dignitatum suarum existens Soli ex decima domo alligauerit, & unus magisteriorum eam bono aspectu aspexerit, magisterium circa reges, & nati exaltationem significat. Et si Lunam sic dispositam Mars bono aspectu aspexerit, natus erit magister militum ac bellorum ordinator, necnon fornicationis & latrocinij iudex. Et si Mercurius loco Martis ipsam aspexerit, ordinationem pecuniarum ac collectarum rerum significat. Et si loco Mercurij Iupiter eam aspexerit, natus erit iudex ac iusticiae regis conseruator. Et si loco Iouis Saturnus in loco magisterium significante existens ipsam aspexerit, & Iupiter cum Saturno per dominium ac potestatem fuerit, natus erit dominus domus regis, aut alicuius magni uiri. Et si alligatio Saturni per coniunctionem cum Venere fuerit, & ambo in ascendente uel undecima domo, ac in signo humano, cantus, liberalitatem & gaudium significat. Et si Mercurius eos aspexerit, compositionem instrumentorum musicalium portendit. Et si Mars eos aspexerit, ioculatores & imaginum sculptores, & ludorum uelitores significat. Et si loco Martis Iupiter eos aspexerit, libros legis ac eorum lecturam, necnon dulces cantus in rebus fidei atque uoces quasi flentium et orantium dominum indicat. Et si loco Iouis Saturnus eos aspexerit, plangens mortuorum ac dolorem significat. Et si Luna Mercurium in signo quadrupede alligauerit, doctrinam ostendit. Et si Luna Solem bono aspectu aspexerit, cartas regum & eorum scripturas portendit. Et si loco Solis Iouem aspexerit, scripturam librorum, simplicitatem & res gestas significat, & forsan quod natus erit scriptor iudiciorum, uel aduocatus aut tabellio. Et si loco Iouis Venerem aspexerit, scripturam uersuum a mulieribus ac eorum doctrinam & sapientiam indicat. Et si loco Veneris Martem aspexerit, natus erit ferrator equorum, aut bestiarum ductor uel medicus. Et si loco Veneris aspexerit Saturnum, natus erit sculptor imaginum nigromantiae. Et si alligatio Lunae cum Saturno fuerit, & Saturnus in signo terreo, aedificationem ac aedificationum magisteria portendit. Et si Sol Saturnum aspexerit, aedificationem ex magnis lapidibus significat. Et si loco Solis Iupiter eam aspexerit, aedificationem ecclesiarum & locorum, in quibus sunt oratoria & materia idolorum indicat. Et si loco Iouis Venus eam aspexerit, omnem aedificationem pulchri aspectus portendit. Et si Mars loco Veneris ipsam aspexerit, aedificationem furnorum, aut stufarum uel fornacum ostendit. Et si Mercurius loco Martis ipsam aspexerit, aedificationem domorum fundamentorum significat. Et si Saturnus in signo aqueo fuerit, compositionem laterum, non coctorum ac uasorum, uel murorum ex luto indicat. Et si alligatio eius cum Marte fuerit, & Mars in signo igneo, magisterium ignis significat. Et si Sol ipsam aspexerit, magisterium nati erit circa reges, aut natus erit armorum & gladiatorum fabricator. Et si Iupiter loco Solis ipsam aspexerit, natus erit magister aeris uel cupri aut metalli. Et si loco Iouis Saturnus ipsam aspexerit, natus erit faber. Et si Venus loco Saturni ipsam aspexerit, natus erit auri faber. Et si Mercurius loco Veneris ipsam

## DE NATIVITATIBVS:

ris ipsam aspexeri, natus erit campfor uel monetarius aut sigillorum scul-  
ptor. Et si fuerit aspectus Solis & Lunæ ad eum, natus erit plumbi artifex.  
Et si aspectus ad Mercurium fuerit, natus erit magister puerorum aut iu-  
dex. Et si Mars ipsam ex signo humano aspexerit, natus erit physicus, maxi-  
me si Mars fortunatus fuerit. Et si retrogradus aut infortunatus fuerit, na-  
tus erit tonsor. Et si Mars in signo bestię ipsam aspexerit, natus erit carni-  
fex. Et si eum de postrema parte Sagitarij aspexerit, natus erit bestiarum  
medicus. Et si aspectus Veneris fuerit, natus erit barifaldus. Et si aspectus  
Saturni fuerit, & Saturnus in signo humano, natus erit fossor. Et si in signo  
bestię fuerit, natus erit coriorū præparator. Et sciendum est, quòd quan-  
do aliquis planeta dominum significatorem magisterij in aspectu recepit,  
& conuenienter aspexerit, dabit nato in magisterio subtilitatem. Et si plu-  
res planetæ significatorem magisterij aspexerint, natus plura magisteria ha-  
bebit. Et si aliquis ex dictis planetis receptus fuerit, natus magisteriū illius  
planetæ præcedentis diliget & alia reñciat. Et si significator magisterij sub  
radijs Solis fuerit, natus magisterium suū odio habebit, et erit in eo piger  
& ociosus, nisi Mercurius significator magisterij fuerit, quia tunc faciet na-  
tum scriptorem librorum aut magisteriorum magis altitudine artificem.  
Et hæc de magisterijs natorum generaliter dicta, ad alia particularia descē-  
damus.

### De natis textoribus. Cap. XC I.

**Q** Vando Mercurius significator magisterij existens, descendens uel re-  
trogradus fuerit, natus erit textor. Et si Sol ipsum aspexerit, erit te-  
xtoꝝ tapetorum & similium. Et si Venus ipsum aspexerit, erit textor  
hocaxini, & aliorum quæ bombice fiunt. Et si Saturnus ipsum aspexerit,  
erit textor samitorum & surianorum & similium. Et si Iupiter ipsum aspe-  
xerit, erit alkifons pannorum subtilium de lana. Et si Luna ipsum aspe-  
xerit, erit textor storiarum. Et si Saturnus in Geminis fuerit, erit textor pan-  
norum lini.

### De natis sutoribus. Cap. XC II.

**Q** Vando Mercurius in quarta domo infortunatus fuerit, sicut dictū  
est, natus erit sutor. Et si Iupiter ex signo bestię ipsum aspexerit, na-  
tus erit pelliparius. Et si Sol ipsum aspexerit, natus erit sutor uexillo-  
rum ac tentoriorum, & similium. Et si Venus ipsum aspexerit, natus erit su-  
tor cortinarum atq; lanæ. Et si Luna ipsum aspexerit, natus erit sutor pan-  
norum de lino uel bombice. Et si nullus planetarum ipsum aspexerit, na-  
tus erit operator setæ atq; sutor.

## De natis cerdonibus uel alutarijs. Cap. XCIII.

**Q** Vando Mars Ioui in aliquo angulorum firmamentum præbuerit, & Venus ex ipsis in signo igneo et alter in signo bestiae fuerit, natus erit sotularium factor. Et si Saturnus ipsos aspexerit, natus coria scindet atq; suet. Et si Mercurius cū Marte se miscuerit, natus erit instrumenti uel ornamenti, quo homines in terra Maurorū utuntur, et portant ipsum in capitibus cum fructibus Sazaph, compositor. Et si Saturnus cum Marte se miscuerit, natus erit coriorum præparator, aut instrumentorum de corio ad pugnandum factor. Et si Venus Martem de domo Saturni aspexerit, natus erit cerdo & coriorum sutor. Et si Sol Veneri firmamentum præbuerit, natus erit habenarum & corrigiarum, quibus bestiae percutiuntur, ac uaginarum sutor.

## De natis carpentarijs. Cap. XCIII.

**Q** Vando Mars Mercurium ex domo magisterij aspexerit, & signum illius domus de signis feminum & terræ nascentium fuerit, natus erit carpentarius, aut illius magisterij, quod fit ex ligno & ferro. Et si Venus ipsos aspexerit, natus erit factor tubarum aut fistularum, uel cithararum & similibus instrumentorum. Et si Saturnus eos aspexerit, natus erit carpentarius domorum, ac omnium quibus indigēt ædificatores quantum ad ligna. Et si Sol ipsos aspexerit, natus erit carpentarius scutorum et aliorum instrumentorum, quæ propter reges et prælia componuntur. Et si Iupiter eos aspexerit, natus erit operator instrumentorum, in quibus pontifices et abbates in ecclesijs utuntur, aut instrumentorum quibus lapides in altum eleuantur. Et si Luna ipsos aspexerit, natus erit nauium ac pontiū operator. Quando Saturnus, Mars et Venus fuerint adinuicem in signo masculino Martis, et maxime in Ariete, Leone, uel Sagitario, natus erit carpentarius uel lignorum mercator.

## De natis pictoribus &amp; sculptoribus, Cap. XCV.

**Q** Vando Luna in termino Mercurij ipsum ex signis humidis aspexerit, natus in picturis suis uarijs coloribus et ad uidendum placidis utetur. Et si Mars ipsam aspexerit, natus erit sculptor lignorum. Et si Saturnus ipsam aspexerit, natus erit sculptor lapidum obscurorum uel gipsi. Et si Sol eam aspexerit, natus erit pictor seu sculptor in auro aut gemmis. Et si Iupiter eam aspexerit, natus erit pictor aut illuminator librorū fidei, uel imaginum, quibus Dei orationes et genu flexiones fiunt, sculptor. Quod si Lu-

## DE NATIVITATIBVS:

Si Luna in loco Iouis fuerit, natus erit nauium sculptor aut uasorum, in quibus aqua aut uinum ponitur. Similiter Venus quando cum eo angulorum uel succedentium iuncta fuerit, ac de sub radijs Solis apparens, natus erit in operibus manuum subtilis. Et scias quod Mercurius significat picturam uel sculpturam in domibus ac in omni re lignea cauata facta, necnon sculpturam monetæ.

### De natis tinctoribus. Cap. XCVI.

Quando Venus & Mars in loco magisterij aut in eo firmationem, aligationem uel aspectum habuerint, natus erit tinctor, maxime si in signis igneis & aqueis fuerint. Et si Saturnus eos aspexerit, natus erit tinctor pannorum nigrorum. Et si Sol ipsos aspexerit, erit tinctor pannorum lucidorum ac omnium rerum, in quibus est aurum, necnon pulchritudo ac lumen, sicut sunt uexilla regum & eorum tentoria. Et si Mercurius eos aspexerit, natus erit tinctor abbasenus, & omnis rei uiridis, aut medio colore coloratae, sicut sunt suriani. Et si Iupiter ipsos aspexerit, natus erit tinctor pannorum siue rerum crocei coloris. Et si Luna ipsos aspexerit, natus erit tinctor lanæ cum qua fiunt uentagij.

### De natis fossoribus. Cap. XCVII.

Quando Mars significator magisterij existens infortunatus aut peregrinus, ac in signo terreo fuerit, natus erit terræ fossor. Et si Sol ipsum aspexerit, natus aurum & argentum ac lapides preciosos de terra efodiet. Et si Iupiter ipsum malo aspectu aspexerit, natus erit fossor fossorum, quæ propter bella & alicuius loci tuitionem fiunt. Et si Saturnus eum aspexerit, natus erit fossor latrinarum, & locorum foetidorum ac tenebrosorum. Et si Venus cum Saturno fuerit, natus erit fossor puteorum aut fontium. Et si loco Veneris Mercurius fuerit, natus erit fossor hortorum aut locorum, in quibus pontatur aqua. Et si loco Mercurij Luna fuerit, natus erit fossor lacuum aut paludum.

### De natis nautis. Cap. XCVIII.

Quando Saturnus uel Mercurius in medio coeli fuerint, natus erit nauta aut nautarum dominus. Et si Sol ipsos aspexerit, natus erit nauta sublimium uirorum ac nauium, quæ pro regibus & sublimibus fiunt. Et si in loco Solis Iupiter fuerit, natus erit nauta nauium, quæ pro bello occasione fidei fiunt, maxime si Mars cum eis firmauerit. Quando aspectus

ctus Martis loco Iouis fuerit, natus instrumenta cum quibus nautæ ignem  
proijciunt, componet. Quando loco Martis Venus fuerit, natus erit ma-  
gister navis, uociferans & cohortans famulos ut nauigent Et si loco Vene-  
ris Luna fuerit, natus erit nauta batelorum magisterij nauium. Quando  
Luna in occidente existens Saturno immobili existenti alligauerit, maxi-  
mè ex parte sinistra, nauta famosus & quasi eorum dominus.

### De natis fabris. Cap. XCIX.

**Q**uando Mars & Saturnus in aliquo angulorum, maxime in medio  
cœli, ac in signo igneo fuerit, natus erit faber. Et si Sol ipsos aspexerit,  
enles & loricas ac lancearū ferra fabricabit. Et si Iupiter eos aspe-  
xerit, natus erit faber speculorum aut clauorum, uel clausularum librorū,  
ac omnis operis quod fit de stagno. Et si Luna ipsos aspexerit, natus erit fa-  
ber instrumentorum quæ ad extrahendam aquam de puteis fiunt. Et si lo-  
co Lunæ Venus fuerit, natus erit faber scriniorum ac instrumentorū muli-  
eribus pertinentium. Et si loco Veneris Mercurius fuerit, ipso in domo uel  
termino Martis existente, natus erit faber cultellorum, aut aliorum instru-  
mentorum de ferro, quibus artifices indigent.

### De natis ioculatoribus. Cap. C.

**Q**uando Luna & Mercurius cum Marte et Venere fuerint, & unus al-  
teri uim suam præbuerit, natus erit citharizator aut rotator. Et si di-  
cti planetæ ab angulis recedentes fuerint, natus ioculando saltabit.  
Et si Mercurius & Venus in terminis suis fuerint, natus erit saltator, maxi-  
me si unus eorū in Capricorno fuerit. Quādo Mars et Mercurius in angu-  
lo terræ fuerint, natus erit de illis qui uadunt super chordas. Quādo Ve-  
nus cum Mercurio in domo sua fuerit, ac in angulis, natus erit mimus aut  
ioculator, talis quòd instrumentum manibus et lingua tanget. Quando  
Mercurius et Venus adinuicem se firmauerint, et Venus in angulis fuerit,  
aut in quarta domo à Mercurio, et Venus in termino alterius aut orienta-  
lis existens, in domo, exaltatione uel triplicitate sua fuerint, natus iocula-  
tor uocis, et saltator ac palmarum percussor erit.

### De natis medicis & chirurgicis. Cap. CI.

**Q**uando Mars et Venus iūcti fuerint, uel se aliquo aspectu aspexerint  
aut quòd sint recedentes, natus erit medicus, et naturarum hominū  
magister. Quando Mars et Mercurius in domo Veneris fuerint,  
aut unus illorum, natus erit medicus et nigromanticus, ac experimentis  
suis

## DE NATIVITATIBVS.

si homines decipiet. Quando Mars significator magisterij fuerit, & Luna ei ex signo bestiae alligauerit, natus erit medicus. Et si nullus planeta Martem aspexerit, erit chirurgicus, & q̄ curas suas cum igne faciet. Et si Venus ipsum aspexerit, natus erit uenarum incisor uel medicinarum dator. Et si Saturnus ipsum aspexerit, clisteria dabit, & hemorroides & alias ani passiones uisitabit. Et si in ipso Martem aspexerit, aegros per carmina & uerborum prolationes sanabit. Et si Mercurius ipsum aspexerit, natus erit incantator & medicus uerborum, uel medicinarum arte factarum. Et si Sol ipsum aspexerit, erit oculorum chirurgicus. Et si Luna ipsum aspexerit, natus erit dentium extractor, & oris chirurgicus. Et si magisteriorum domini in medio caeli ac in signo bestiae fuerit, ita quod unus alteri alliget, natus erit membrorum fractorum chirurgicus.

### De natis piscatoribus uel aucupibus, aut uenatoribus. Cap. CII.

**Q**uando Saturnus in ascendente fuerit, & Mars ipsum in angulo occidentis aspexerit, natus erit uenator aut piscator. Quando Mercurius & Luna in eius complemento in Tauro fuerint, & Mercurius cum ea, natus erit falconum uel austurum siue ancipitrum nutritor, uel aues ingenio & astutia capiet. Quando Luna cum Mercurio in signo aequo fuerit, natus erit piscator.

### De natis chordarijs. Cap. CIII.

**Q**uando Saturnus in domo magisterij ac in signo communi fuerit, & aliquis ex magisteriorum dominis ipsum aspexerit, natus erit chordarum factor. Si Mars ipsum aspexerit, pro tortoribus faciet. Si Venus ipsum aspexerit, natus chordas de canapo faciet. Si Sol ipsum aspexerit, natus erit camorum & capistrorum equorum compositor. Si Iupiter ipsum aspexerit, natus chordas per manus componet. Si Mercurius ipsum aspexerit, aut quod Mars solus significator fuerit, aut in signo bestiae, natus chordas aut camos siue capistra de pilis animalium componet. Si Luna ipsum aspexerit, natus funiculos siue chordas ad flagellandum homines aut percutiendum equos faciet. Et si Sol ipsum de domo uel termino Martis aspexerit, natus erit funium aut chordarum, quibus uiri potentes in bellis utuntur, compositor.

### De natis species odoriferas uendentibus. Cap. CIIII.

**Q**uando Venus in ascendente ac in signo mobili, nec non in aliqua dignitate fuerit, natus erit specierum odoriferarum uenditor. Quando Venus



## A L B V B A T E R

magisterij significatrix fuerit, ac in signo magisterium significante, sicut Libra collocetur, & Saturnus ex Capricorno aspexerit, natus erit musci uel ambrae uenditor. Quando Venus in domo sua uel in exaltatione Saturni existens, mercaturam bonam & formosam ac boni odoris significat. Et si Venus Saturnum ex Tauro aspexerit, natus erit unguentorum odoriferorum uenditor ac oleorum, sicut de sambac uel keiri, & similium compositor. Et si Venus significatrix operis existens in signo humano fuerit, natus erit specierum, quibus homines utuntur uenditor, sicut zinziber, cinamomum, & similia.

### De natis apothecarijs. Cap. c v.

**Q**uando ascendens signum aqueum fuerit, et Iupiter ac Saturnus in quarta domo, natus erit apothecarius. Et si Mars atque Venus significatores magisterij fuerint, & unus alium quadrato aspectu aspexerit, natus erit apothecarius. Et si Mars in loco magisterij fuerit, et Venerem in signo aqueo existentem ex signo aqueo aspexerit, natus erit unguentorum uel collyriorum & similiarum uenditor. Et si Mars dominus magisterij existens Saturnum ex Tauro uel Geminis aspexerit, natus erit colorum ac tincturarum uenditor. Et si Sol cum Saturno combusto in Capricorno fuerit, natus erit gallarum & corticum, uel radicum, ex quibus fit tinctura, mercator.

### De mercatoribus fructuum. Cap. c vi.

**Q**uando Saturnus in Capricorno fuerit, & Iupiter ipsum ex Cancro aspexerit, natus erit mercator multorum granorum, aut aliorum fructuum notabilium. Et si Iupiter ipsum ex Piscibus aspexerit, natus erit mercator fructuum dulcium. Et si ipsum ex Tauro aspexerit, natus erit mercator fructuum dyarac. Et si Mars Saturnum in Capricorno existentem ex Cancro aspexerit, natus erit fructuum paruorum cortices duras habentium mercator.

### De mercatoribus herbarum uel radicum, ac seminum. Cap. c vii.

**Q**uando Saturnus in Capricorno fuerit, & Luna ipsum ex Cancro aspexerit, natus erit mercator herbarum. Et si Mercurius in signo aqueo fuerit, & Luna ipsum aspexerit, aut ei de signo fertili alligauerit, natus erit mercator melonum, et aliorum seminum similium. Et si Luna Mercurium in ascendente existentem ex angulo terrae aspexerit, natus erit mercator raparum & aliarum radicum similium.

De

## De natis agricolis. Cap. CVIII.

**Q**Vando Mercurius & Venus in medio cœli ac in signo terreo fuerint, & Saturnus ipsos ex signo terreo uel aqueo aspexerit, natus erit agricola. Quando significator magisterij Saturno ex signo mobili alligauerit, natum fore agricolam indicat. Quando Venus significatrix magisterij fuerit, & Mars à Sole cadens ipsam fortunauerit, natus erit agricola. Quando Saturnus significatorem magisterij per aspectum suum infortunauerit, & Luna ex signo mobili ei alligauerit, natus erit agricola & etiam hortulanus. Quando Saturnus in Tauro fuerit, natus erit seminator ac terrarum cultor.

## De mercatoribus rethau &amp; rerum bene redolentium. Cap. CIX.

**Q**Vando Venus significatrix magisterij & Saturnus ipsam ex Cancro uel Scorpio aspexerit, natus erit mercator Rethau, & omnis rei bene redolentis. Quando Saturnus in Tauro fuerit, & Venus eum in Virgine aspexerit, natus erit mercator Rethau, ac rerum quæ bene redolent. Quando Venus in Virgine fuerit, & Saturnus ipsam ex signo aqueo, maxime ex Piscibus aspexerit, natus erit mercator Rethau, & aliarum rerum similium.

## De mercatoribus pannorum lini uel setæ. Cap. CX.

**Q**Vando Venus in ascēdēte uel medio cœli ac in signo fixo fuerit, natus erit mercator pannorū lini. Quando Venus significatrix magisterij existens in signo fertilī fuerit, & alte significatorum in signo bestię, natus erit mercator lini & bombicis. Quando Saturnus in Capricorno fuerit, & Mercurius ipsum ex Virgine aspexerit, natus erit mercator pannorum ex lino & seta mixtorum. Nam quando Mercurius in domo uel exaltatione sua fuerit, mercaturam bonā ac famosam significat. Et si Mercurius ipsum ex Tauro aspexerit, natus erit mercator pannorū lineorū ualde subtilium. Similiter quādo Saturnus in Tauro fuerit, et Mercurius ipsum ex Virgine aspexerit, idē iudicabis. Et si Mercurius cū Saturno in Capricorno fuerit, natus erit mercator pannorū de lino grosso. Et si Saturnus Iouem ex Libra aspexerit, natus erit mercator pannorū setæ grossæ. Et si Saturnus Lunā ex Libra aspexerit, natus erit mandaliū grossorū mercator, eo q̄ oīs pannus lineus parui precij est lucrū. Et si Saturnus in aquario fuerit & Mercurius

ipsum ex Libra aspexerit, natus pannorum de seta preciosa, sicut sunt famiti & panni similis, erit mercator. Si Iupiter cum Saturno fuerit, natus erit ueterum pannorum mercator. Et similiter si Saturnus in Tauro fuerit & Iupiter ipsum ex Virgine aspexerit, natus erit pannorum grossorum ac ueterum mercator.

De mercatoribus lanæ. Cap. CXI.

**Q** Vando significator magisterij in signo bestiae, & dominus domus mortis fuerit, natus erit mercator lanæ. Et si Mars ibi aspexerit, natus erit mercator pellium cum lana. Et si Iupiter ibi aspexerit, natus erit mercator pannorum de pilis factorum. Et si Mercurius significatorem magisterij aspexerit, & ille significator Venus fuerit, natus erit tapetorum preciosorum mercator. Et si Saturnus in Aquario fuerit, & Luna ex domo Martis ipsum aspexerit, natus erit mercator lanæ aut pannorū alluscorū.

De mercatoribus bladi et aliorum seminū. Cap. CXII.

**Q** Vando Mercurius significator magisterij existens in signo fertili fuerit, & Saturnus ipsum aspexerit ex signo fertili, natus erit mercator tritici. Et si Luna ipsum ex Virgine aspexerit, natus erit mercator seminū. Et si Saturnus in Tauro fuerit, & significator magisterij ipsum aspexerit, natus erit mercator seminum. Et si Iupiter ibi fuerit, & significator magisterij ipsum aspexerit, natus erit diuersorum seminum mercator. Et si ex Virgine ipsum aspexerit, natus erit mercator bladi. Et si Mars Saturnū ex Virgine aspexerit, natus erit paruorum seminum ac humidorum mercator. Et si Mars cum Saturno in Tauro fuerit, natus erit mercator subtilium seminum & acutorum, sicut est sinapis & similia. Et si Saturnus Solem & Virginem aspexerit, natus erit mercator bladi & fructuum. Et si Luna cum Saturno fuerit, natus erit seminum mollium mercator. Et si Luna Saturnum ex Virgine aspexerit, natus erit mercator bladi & aliorum seminum. Et si Luna Saturnum & Venerem & Capricornum aspexerit, natus erit mercator bladi. Et si Venerem bono aspectu aspexerit, natus erit mercator tritici.

De mercatoribus corij. Cap. CXIII.

**Q** Vando Saturnus in Aquario fuerit, & Mars ipsum aspexerit, natus erit mercator coriorum mulorum atq; boum. Et si Iupiter Saturnū ex domo magisterij, præcipue ex signo aereo aspexerit, natus erit mercator solearum, id est, sotularium nouorum. Et si Mars retrogradus Saturnū

## D E N A T I V I T A T I B V S.

Saturnum ex signo aereo aspexerit, natus erit sotularium ueterum mercator. Et si Mars Saturnum ex signo bestiae aspexerit, natus erit mercator coriorum canum uel taxorum aut uulpium. Et si Sol locum Martis aspexerit natus erit mercator coriorum alkumæ. Et si aspectus Solis ex signo Geminorum ad Martem fuerit, natus erit mercator sotularium nouorum ac coriorum taxorum. Et si Sol Mercurium ex Geminis aspexerit, aut cum ipso fuerit, natus erit mercator tapetorum de corio factorum. Et si Mercurius Saturnum ex Geminis aspexerit, natus erit mercator librorum ex corio coopertorum. Et si Iupiter in domo significatoris magisterij ac in signo bestiae fuerit, & Luna ipsum ex signo bestiae aspexerit, natus erit coriorum arietum, caprarum atq; uaccarum mercator, praesertim si Mars cum Sole firmauerit.

### De mercatoribus seruorum. Cap. CXIII.

**Q**uando Iupiter dominus domus magisterij fuerit, & dominus sextae domus aspexerit, natus erit mercator seruorum. Quando Venus domina sextae domus fuerit, natus erit mercator seruorum famosorum ac bene cantantium. Et si Mars loco Veneris fuerit, natus erit mercator seruorum Christianorum, & uendet eos Mauris & alijs extraneis, qui non sunt de lege Christi. Et si loco Martis Saturnus fuerit, natus erit mercator seruorum nigrorum. Et si Mercurius loco Saturni fuerit, erit mercator puerorum atq; puellarum. Et si loco Mercurij fuerit Luna, natus erit mercator illorum qui à natura sunt serui. Et si Sol loco Lunae fuerit, natus erit mercator captiuorum, quia Sol non significat seruos, sed illos qui à seruitute possunt liberari.

### De mercatoribus quadrupedum. Cap. CXV.

**Q**uando Iupiter in domo significatorum magisterij fuerit, & dominus sextae domus ex signo quadrupede ipsum aspexerit, natus erit mercator bestiarum, quibus homines se iuuant. Et si Venus domina sextae domus fuerit, natus erit mercator camelorum & dromedariorum. Et si Mercurius dominus sextae domus fuerit, natus erit mercator asinorum. Et Luna domina sextae domus fuerit, natus erit mercator uaccarum. Et si Sol dominus sextae domus fuerit, natus erit mercator equorum & parasrenorum. Et si Saturnus dominus sextae domus fuerit, natus erit mercator caprorum & equorum. Et si nullus planeta Iouem aspexerit, natus erit mercator ouium. Et si in loco domini sextae domus dominus 6 fuerit, natus erit mercator ouium & arietum. Et si in loco domini sextae domus dominus 3 uel 9 fuerit, ac in signo quadrupede, natus erit mercator arietum, ouium & uaccarum, aut mercator lactis aut caseorum. Et si dominus septimae

domus Ioui alligauerit, aut cum eo uel cum domino quartæ domus fuerit, natus erit mercator canum uel catorum, aut ferarum.

De mercatoribus auium. Cap. CXVI.

**Q**Vando Iupiter dominus domus magisterij fuerit, & Iupiter eum ex signis bestiaæ aspexerit, natus erit mercator auium. Et si Mars eum aspexerit, natus erit mercator falconum, asturum, aquilarum, ac omnium aliarum auium de rapina uiuentium. Et si Venus ipsum aspexerit, natus erit mercator gallinarum, pullorum & caponum. Et si Luna in signo aqueo fuerit, natus erit mercator auium in aqua uel iuxta aquas uiuentium. Et si Sol ipsos aspexerit, natus erit mercator gruum, & aliarum auium alte uolantium. Et si Saturnus ipsum aspexerit, natus erit mercator coruorū, ac omnium auium uilium & res fœtentes comedentium. Et si Mercurius significator magisterij solus fuerit, aut sub radijs Solis, natus erit mercator auium paruorum, ut sunt passerres, cauda tremula, & similes.

De mercatoribus piscium. Cap. CXVII.

**Q**Vando Mars significator magisterij fuerit, & Saturnus ex Cancro aspexerit, natus erit mercator piscium. Et si significator magisterij in signo aqueo fuerit, & Mars ex signo aqueo aspexerit, natus erit mercator piscium. Et si Mercurius significator magisterij & Luna ipsum ex signo aqueo aspexerit, natus erit paruorum piscium mercator. Et si Mercurius cum Saturno in Piscibus fuerit, & Luna ipsum aspexerit, natus erit mercator piscium insipidorum. Et si Iupiter ipsum aspexerit, natus erit magnorum piscium mercator. Et si Luna occidentalis & lumine diminuta in domo significatoris magisterij fuerit, & Iupiter eam ex signo bestiaæ bono aspectu aspexerit, natus erit mercator piscium salforum.

De natis figulis. Cap. CXVIII.

**Q**Vando Saturnus in Tauro fuerit, & Iupiter ipsum, uel Sol ex Cancro, & Mars ex signo igneo aspexerit, natus erit figulus. Et si Mars ipsum ex Cancro aspexerit, natus erit uasorum de terra factorum mercator. Et si Luna ex contrario aspexerit ipsum, natus erit figulus. Et si Iupiter ex Capricorno aspexerit ipsum, natus erit gipsi siue palustri coctor uel factor. Et si Mars ipsum ex Ariete aspexerit, natus erit calcis coctor. Et si Saturnus in Ariete fuerit, & Venus ipsum ex Capricorno aspexerit, natus erit

## DE NATIVITATIBVS.

erit pulchrorum uasorum figulus. Et si Mercurius Saturnū ex Ariete aspexerit, natus erit argenti uiui effossor. Et si Saturnus in Ariete fuerit, & planetæ ab eo non recesserint, aut si dominus magisterij in signo igneo fuerit, & Mars ipsum ex signo aspexerit, natus erit metallorum effossor. Et si Iupiter eum aspexerit, natus erit figulus.

### De torneantibus & cyphos componentibus. Cap. CXIX.

**Q**uando Venus cum Saturno in Ariete fuerit, natus cyphos & alia uasa uinaria componet. Quando Venus Saturnum ex Leone aspexerit, natus uasa uinaria reparabit. Quando Saturnus in Tauro fuerit, & Venus ipsum ex Cancro, & Mars ex signo igneo aspexerit, natus uasa uitrea faciet. Et si Mercurius ipsum ex Cancro aspexerit, natus in dictis uasis sculpturas aut scripturas faciet. Et si Venus ipsum ex signo igneo aspexerit, natus multa pulchra opera ex uitro componet.

### De margaritarum mercatoribus uel præparatoribus. Cap. CXX.

**Q**uando Venus significatrix magisterij cū Sole fuerit, natus erit margaritarum præparator aut mercator. Et si Mars ipsam aspexerit, natus erit Alchimista. Et si dominus magisterij in signo aqueo fuerit, & Mars ipsum ex signo igneo aspexerit, natus erit mercator margaritarū. Et si Saturnus in signo aqueo fuerit, & Venus ipsum aspexerit, natus erit paruorum margaritarum mercator. Et si Venus significatrix magisterij existens in Geminis cum Saturno fuerit, natus erit margaritarum mediocrium mercator uel præparator. Et si Saturnus extra signum Geminorū fuerit, natus erit paruorum margaritarum mercator. Et si Saturnus sine aspectu alicuius planetæ in signo aqueo, ac in domo magisterij fuerit, natus erit mercator lapidum marinarum parui precij existentium.

### De natis campforibus. Cap. CXXI.

**C**um Sol significator magisterij fuerit, & dominus secundæ domus in signo igneo existēs ei ex ascēdente pulsauerit, natus erit campfor. Et si Luna in domo uel exaltatiōe sua existēs cū bono aspectu aspexerit ex decima domo, natus erit campfor rerū. Et si Saturnus in Ariete fuerit, & Sol ipsum ex Sagitario aspexerit, natus erit auri & argēti præparator uel aurifaber aut monetarij. Et si dñs secundæ domus cū Saturno in ariete fuerit, natus

natus erit auri et argenti effossor. Et si ipsum ex Ioue aspexerit, natus aurū & argentum ex alijs rebus extrahet. Et si ipsum ex Sagitario aspexerit, natus erit monetarius.

De natis carnificibus & pistoribus. Cap. CXXII.

**Q** Vando Mars significator magisterij in signo bestiae fuerit, natus erit carnifex, aut magister loci in quo sanguis effunditur. Et si Iupiter ex signo bestiae ipsum aspexerit, natus erit uirorum ecclesiasticorum carnifex. Et si Venus ipsum ex Tauro aspexerit, natus erit bouum macellator uel carnifex. Et si ipsum ex Sagittario aspexerit, natus erit bestiarum medicus. Et si ipsum ex signo humano aspexerit, natus erit bestiarum uel hominum tonsor. Et si Mercurius eum aspexerit, natus erit uenarum incisor. Et si Sol malo aspectu aspexerit ipsum & cum capite Algol fuerit, natus erit tortor & capitum abscisor. Et si luminaria cum capite Algol fuerint, & Mars ea malo aspectu aspexerit, caput nati abscindetur, aut manibus aut pedibus abscissis suspendetur. Et si Mars Saturnum ex signo igneo aspexerit, natus erit panifex uel pistor. Et si ex signo aqueo ipsum aspexerit, natus coagulatas faciet.

De mercatoribus dactylorum & pomellorum oliuarum. Cap. CXXIII.

**Q** Vando Sol in domo significatoris magisterij fuerit, & Saturnum ex Tauro aspexerit, natus erit mercator dactylorum. Quando Iupiter in domo significatoris magisterij in signo sterili fuerit, & Venus ex signo sterili ipsum aspexerit, natus erit dactylorum mercator. Et si Sol Saturnum ex Virgine aspexerit, natus erit pomellorum oliuarum mercator. Et si Saturnus cum Marte in Capricorno fuerit, natus erit mercator fructuum rubeorum, ac paruorum, sicut sunt hoasor. Et si Saturnum ex Virgine aspexerit, natus erit mercator coriandri, & seminum similium. Et si Luna cum Saturno in Capricorno fuerit, natus erit colliriorum ac seminum mercator. Quando Iupiter in exaltatione sua fuerit, natus erit mercator zucar, praesertim si Solem ac Saturnum aspexerit.

De mercatoribus panis & uini. Cap. CXXIII.

**Q** Vando Saturnus in Capricorno fuerit, & Mars ac Venus ipsum ex signo aqueo aspexerint, natus erit tabernarius aut mercator uini. Quando Sol Saturnum ex Tauro aspexerit, & Venus cum Marte in ascendente fuerit, natus erit mercator uini ex succis fructuum facti. Et si Iupiter

## DE NATIVITATIBVS.

Jupiter Lunā & Saturnū in Capricorno existentes ex signo bestiae aspexerit, aut Luna Saturnū in Capricorno existentē, natus erit mercator panis. Et si Mars & Venus in angulo occidentali fuerint, & Luna eos ex angulo terrae uel ex domo magisterij aspexerit, natus erit caupo, tabernarij uel leno.

### De mercatoribus cannarum zuccari, sagitarum, lancearum uel lignorum. Cap. CXXV.

**Q** Vando Luna in domo significatoris magisterij fuerit, aut in signo aqueo, & Mercurius ipsam ex signo aqueo aspexerit, natus erit cannarum zuccari mercator. Et si Mars ipsam aspexerit, natus erit mercator lancearum. Et si Mars sub radijs Solis fuerit, & Mercurius ei alligauerit, natus erit mercator sagitarū. Et si Jupiter cū ipsis firmauerit, natus erit cannarum zuccari mercator. Et si Mars in signo aqueo fuerit, & Mercurius sub radijs Solis existens ipsam ex signo fertili aspexerit, natus erit lignorū mercator. Et si Mercurius Saturnum ex Cancro, aut Luna ex Scorpione aspexerit, & Saturnus in Capricorno fuerit, natus erit lignorum uel sagitarum mercator. Et si Mercurius ipsam ex Piscibus aspexerit, natus erit palleae uel stipulae aut herbarum mercator.

### De natis nuncijs. Cap. CXXVI.

**Q** Vando Sol in domo magisterij fuerit, & Luna eum aspexerit, natus erit nuncius uel cursor. Et si Sol Martem in descensione sua existentem aspexerit, natus erit in itinere uel legatione sua mendax. Et si Saturnum aspexerit, natus erit cursor.

### De diuersis natorum magisterijs. Cap. CXXVII.

**Q** Vando Mercurius in signo quadrupede, maximè in Sagitario fuerit, natus erit alicuius magisterij conditor. Et si Iouem in signo quadrupede aspexerit, natus erit onerum portator. Et si Luna cum eo fuerit, erit portator aquae. Et si Sol Lunam in exaltatione sua existentem aspexerit, natus erit cursor de mane & uespere tantum. Quando Saturnus in Cancro fuerit, & Mars ipsum bono aspectu aspexerit, natus erit pannorū lauator. Et si sic in Virgine fuerit, erit gipsi factor. Et si Saturnus in Aquario fuerit, erit pistor. Et si in Geminis fuerit, erit textor. Et si in Tauro fuerit, erit seminator. Quando Luna cum Marte fuerit, aut ipsum ex oppositione aspexerit, natus similiter erit mercator olei. Et si Venus significatrix magisterij existens, & Jupiter eam ex signo fertili aspexerit, natus similiter erit mercator olei. Et si Saturnus cum Ioue fuerit, & Jupiter infortunatus,

m                      combu



cōbustus uel retrogradus, natus erit tabernarius, caupo uel leno. Et si Luna in domo significatoris magisterij ac in angulo terræ fuerit, natus erit uini tractor. Et si Mercurius in Capricorno fuerit, Marte super eum existente, natus erit . . . Et si Saturnus in Ariete fuerit, natus erit aptator domus. Quando Saturnus Lunā, aut eius duodenariam aspexerit, et Luna in termino Saturni aut in aliquo angulorum uel succedentium fuerit, natus erit domus lapidator. Et si cauda Draconis in ascendente fuerit, natus erit gestorum ac terrarum recitator. Et si planeta principans nato fuerit Mercurius, magisterium nati erit ex sapientia, nisi Mercurius retrogradus fuerit. Nam si retrogradus fuerit, natus erit sutor, uel reparator antiquarum uestium.

### Ad inueniendū dominum magisterij. Cap. cxxviii.

**P**lanetam principantem in magisterio sic agnosces locum Martis, Veneris & Mercurij considera. Nam planeta qui in dictis locis dominiū habuerit, dicitur in magisterio principās. Et si Saturnus planetæ principanti commisceatur, magisterium nati erit uile, sicut est præparare coria & aptare stratas. Et si ambō in signis terreis fuerint, natus erit mortuorū sepultor. Et si Iupiter ipsum in magisterio principantem aspexerit, natus ex magisterio suo lucrum magnum ac diuitias acquirat, & ut plurimum magisterium nati circa res legis et iudiciorum uersabitur. Et si Sol ipsum bono aspectu aspexerit, magisterium nati circa reges aut res eorum erit. Dixit Hermes, si planeta in magisterio principans combustus uel retrogradus fuerit, aut in sexta uel duodecima domo, et nullus planetarum Lunam aspexerit, natus uictum suū petet uel quæret hostiatim. Ptolemæus dicit semper inspiciendum esse ad planetam orientalem à Sole, et secundum illius naturam, et naturam signi in quo est, et naturam aspectus planetarum, et ipsum erit nati magisterium. Dicit autem Hermes, quòd quotienscunq; planeta in magisterio principans signum Scorpionis possederit, natus erit latro, quòd si Luna in opposito Mercurij fuerit, et Mars eos ex aliquo angulorum aspexerit, magisterium nati erit latrocinarij.

### Capitulum in prima nati fortuna.

**P**ropter hoc sciendum est, quòd fortunæ hominum sunt diuersæ, nã aliquorum fortuna erit completa, ita quòd per totam uitam suam, diuicias, honores et dignitates habebunt. Alij uero in fortuna sua ad finem uitæ suæ erunt mediocres. Quidam etiam per totam uitam suam erunt miseri, nihil aut parum habentes. Sunt insuper aliqui, qui in principio, medio uel fine erunt diuites aut miseri. Et aliqui ex diuitijs multis ad miseriam et mendicationē deueniunt. Et econtra quidā sunt qui ex miserijs & ex mendicatione ad dignitates, diuitias & honores eleuantur. Hominiū  
etiam

etiam quidam sunt, qui fortunā suam ex fide & religione habēt. Alij à rege alij ex scientia sua, alij ex mercatura, alij ex ingenio, astutia uel magisterio, alij ex patientia, alij ex uiolentia & audacia, alij ex euentu. Sunt etiā aliqui, qui semper miseri fuerūt, et in hora mortis fortunātur. Sapiētes ergo antiqui fortunā nati ex multis locis colligūt, uidelicet ex dominis triplicitatis Solis de die, & Lunæ de nocte. Ex parte fortunæ ac eius dño, necnō ex dominis triplicitatis eius, ex medio cœli ac eius dño, ex ascendēte ac eius dño ex I domo ab ascendēte ac eius dño, ac etiā ex II domo à parte fortunæ ac eius dño. Cū ergo p̄dicta loca fuerint fortunata, & dñi triplicitatis fortes, ac firmi, necnō fortunæ luminaria aspexerit, et pars fortunæ in ascēdente uel eius firmamēto fuerit, fortuna nati erit bona, et usq; in finē uitæ suæ durabilis. Et si in ascendēte uel medio cœli aliquæ ex stellis Beibenjs fuerint, nati fortunam & sublimitatē eius significant. Et sciendum est quòd planetæ in dignitatibus suis, ac in angulis existētes, maiorē dant fortunā quàm alibi.

De natis regibus & eorum fortuna. Cap. CXXIX.

**Q**Vando Sol in gradu ascēdenti, ac in domo, exaltatiōe uel facie sua fuerit, et Iupiter ipsum ex loco fortunato aspexerit, natus erit Rex famosus, fortunatus, uictor in omnibus, & à Deo protectus, necnon homo recte fidei ac timens Deū, et forsan erit aliorū caput. Quādo Venus domina ascēdētis ac partis fortunæ in quinta domo ac in eius exaltatiōe existēs, ac de sub radijs Solis directā et occidētalis fuerit, natus erit rex magnus, liberalis, simplex, deliciosus, humilis, māuetus, pacificus, et q̄ animū suū dirigere, ac subditis suis benefacere appetet. Quādo Saturnus in 5 domo, sicut diximus de Venere collocatus fuerit, natus erit tristis, nō curās de malo in iniurijs uarijs sibi factis, erit etiā animæ grossæ, maliciæ multæ, paucae pietatis, ac in regno suo infortunatus. Quādo Iupiter in medio cœli directus, ac numero crelēns à Sole receptus fuerit, et infortunæ ab eo cadētes, natus erit rex magnus et dominiū super ciuitates regni sui habebit, eritq; exaltatio sua formosa. Quando Sol & Luna in medio cœli ac in dignitatibus suis fortunati, & fortunæ eos bono aspectu, sicut infortunarū radijs aspexerint, natus erit rex uel dñs ciuitatū in quibus erit ut dux, et qcqd mādauerit adimplebit, eritq; homo sensatus ac bonæ memoriæ & in negocijs fortunatus. Quando Sol & Venus cū Ioue & Luna iuncti fuerint, uel eos ex domo sine infortunarū aspectu aspexerint, natus erit rex magnus in ciuitatibus et climatibus imperans, uiuetq; honorate, & regnum suum hæreditabit, ac illud filijs suis dimittet, ipsi uero post eum illud hæreditabunt. Quādo Luna Solem bono aspectu aspexerit, Saturnus ex medio cœli bono aspectu similiter Martē aspexerit, natus erit rex pecuniosus, fortis in regno suo, & in actibus suis fortunatus ac potēs, inimicorū suorū uictor. Quādo ps fortunæ in bono loco ac cum suo lumine apparens, & cum fortunis apparentibus ac fortibus

## A L B V B A T E R

fuerit, & infortunæ ipsam non aspexerint, natus erit magnus Rex aut Dux fortis. Quando Sol in ascendente fuerit, & in domo uel exaltatione sua, & Luna in occidente, & ambo ab infortunis liberi fuerint, natus erit Rex magnus, ornatus atq; fortis, & in rebus suis ac regno potens. Quando Luna in medio cœli uel exaltatione sua fuerit, & Iupiter, Mars, Venus & Mercurius existentes directi ipsam bono aspectu aspexerint, Saturno eam non aspiciente, natus erit Rex magnus & gentium ac ciuitatum dominus, & qui in omnibus uerba & facta sua complebit. Quando Venus cum Ioue & Saturno fuerit, & Venus Lunam ex medio cœli aspexerit, natus erit Rex magnus & fortunatus, & subditis suis dilectus, & à Deo protectus, nec non homo uerus & rectus, & Deo obediens. Quando Sol in medio cœli fuerit, ac in domo uel exaltatione sua, natus erit Rex ac de genere regum natus, & qui negocia sua rectitudine ac bonitate ordinabit, eritq; à Deo protectus, & ab inimicis securus. Et si aliqua ex stellis Beibenijs de natura Iouis & Mercurij in ascendente uel medio cœli, uel Sol ac Luna cū ea fuerint, natus erit Rex eleuatus & ornatus, ac ex suo sensu & consilio laudatus, sub cuius imperatione subditi sui proficient, eritq; bonæ conuersationis ac bonæ responsionis, cum necesse fuerit, & malæ dum tempus affuerit, in uerbis suis erit conueniens ac in negocijs suis uelox, & fortitudo eius apparens, Deum timebit, subditis suis benefaciet, liberalitas sua ampla, magnæ pietatis, ac in omnibus actibus suis fortunatus & adiutus.

### De natorum dominijs & fortuna eorum in ipsis. Cap. CXXX.

**Q**uando Iupiter sine malo infortunæ aspectu Solem ex oppositione aspexerit, natus erit dominus uel gubernator alicuius regni, magnæ famæ, nominis ac dominijs, & qui potestatem mandandi & prohibendi habebit. Quando Sol in domo uel exaltatione sua existens in medio cœli fuerit, natus erit magnus in loco suo, & in ordine altus, & ob hoc regimen & dominium in ciuitate consequetur. Quando Luna numero ac lumine crescens in duodecima domo cum capite Genzaar sine aspectu Saturni uel Martis fuerit, & fortuna in undecima domo, natus erit magnus ac in prouincia sua & ciuitatibus nominatus, in pecunijs ac rebus regis fidelis. Quando primus dominus triplicitatis Solis de die, aut primus dominus triplicitatis Lunæ de nocte à principio signi in quo est usq; ad medium eiusdem signi fuerit, ac in aliquo angulorum, natus erit magnæ famæ, & à magnis dominis dilectus atq; eleuatus, potestatemq; mandandi, prohibendi, nec non auxiliares scribas & sequaces habebit sub se, ita quod ante illum uexilla siue enses deferent, & mandata eius à populo complebuntur. Quando Sol in angulo occidentali, ac in domo uel exaltatione sua fuerit, & fortunæ ipsum sine infortunarum radijs aspexerint, natus magnum do  
minium

## D E N A T I V I T A T I B V S .

minium habebit, ac in eo laudatus & bonæ ordinationis erit. Quando Venus cum Ioue, Saturno & Marte fuerit, & Lunam ex medio cœli bono aspectu aspexerit, natus mandatum ac dominium super alios ciuitates suæ habebit, & à ciuibus mandatum eius adimplebitur. Quando Luna in Cancro cum Ioue existens in ascendente uel medio cœli fuerit, natus bonæ fortunæ ac bonæ memoriæ & dominium à rege sui climatis habebit, & confidet in eo rex. Quando Sol & Luna in ascendente ac in domo Martis fuerint, & fortunæ ipsos aspexerint, natus erit multorū locorum dominus, ac inimicorum suorum uictor, boni ornatus, ac inimicis suis potens malum inferre, & ad interficiendum uelox. Quando Iupiter trino aspectu Solem aspexerit, natus erit dominus eleuatus ac fortunatus. Quando Iupiter in medio cœli, & in aliqua dignitatum suarum existens, & liber ab infortunis ac eorum aspectibus fuerit, natus erit magnus & alti nominis, & alijs imperans. Quando Saturnus directus ac in medio cœli existens, necnon in domo uel exaltatione sua, & natiuitas diurna fuerit, natus erit fortunatus & magnæ ordinationis, atq; loci dominus uel gubernator regni & alti mandati. Quando Mercurius in medio cœli, ac in domo uel exaltatione sua fuerit, & Iupiter ac Luna bono aspectu ipsum aspexerint, natus erit iudex aut litigantium dominus, & qui populum sibi commissum pietate et rectitudine gubernabit.

### De magistris militum ac eorū fortuna. Cap. cxxxvi.

**Q**uando Luna cum Venere fuerit, & Iupiter & Mars trino aspectu ipsam aspexerint, natus erit magister militum, qui res aliorum uel accipit, eritq; interfectione & lite nominatus, atq; propter hoc inter reges honorem et dignitatem habebit. Quando Mars in medio cœli fuerit & Iouem et Lunam aspexerit, natus erit magister militū, in interfectione fortunatus & uictor famosus, propter hoc honorem à regibus habebit. Quando Saturnus cū Ioue & Mercurio fuerit, natus erit militū magister ac inimicorū uictor & à Deo protectus. Quando Mars in ascendente existens in domo uel exaltatione sua fuerit, natus erit caput militum & dominus bellorum ac res magnas perficiens. Quando Mars in angulo terræ fuerit, & Iupiter in medio cœli, natus erit magnus militum magister, & subtilis, & multarum ciuitatum uictor, eritq; in lite ac in interfectione fortunatus. Quando Iupiter Lunam & Martem trino aspectu asperit, natus erit dominus equorum & caput militum, necnon ab omnibus honoratus, præsertim si Iupiter in signo masculino fuerit. Quando Sol in signo masculino fuerit, & Lunam & Martem trino aspectu aspexerit, natus erit in interfectione famosus, & dicetur audax & astutus, eritq; bellorum ordinator ac semper uincens, et quod uolet ab inimicis habebit. Quando Iupiter in quinta domo in sua facie existens dominus domus uitæ & partis for-

tunæ fuerit, & Mars cum natiuitate diurna existens, bono aspectu aspexerit, natus erit inter homines magnus & longæ famæ, & ante ipsum uexilla aut enses deferentur. erit etiam bellorum dominus ac res magnas perficiens. Sed ui ac ferro super homines dominabitur. Quando Saturnus & Mars in nona domo, ac de subradijs Solis apparens fuerit, & partem fortunæ in ascendente existentem aspexerit, natus erit magnus atq; potens, & multorum militum caput, ac multarum rerum uictor, sed Deum non timebit, imò quæ à Deo prohibita sunt faciet. Quando Mars in natiuitate nocturna in domo uel exaltatione sua, ac in medio cœli fuerit, natus licet sit parvæ progeniei, tamē à Regibus aut potentibus uiris eleuabitur, eritq; diues, & caput militum Regis. Quando aliqua ex stellis Beybenijs secundæ magnitudinis ac de natura Martis & Iouis in ascendente uel medio cœli fuerit, uel cum Sole aut Luna, natus erit magni cordis, atq; loci ac eleuatæ ordinationis, & erit dominus militū, qui uillas & castra fortia lucrabitur, mandata eius circa bellorum actus perficientur, homo uictor ac bonæ memoriæ. Et si aliqua ex stellis Beibenijs primæ magnitudinis, ac de natura Martis & Mercurij in supradictis locis fuerit, natus erit dominus militum ac bellorum, ponens se in magnis actibus, mandatum eius perficietur, ac in rebus suis atq; bellis fortunabitur, uictor inimicorū suorū erit, bella cū deliberatione & scientia ordinabit. Sensus bonū habebit, & ad statum uitæ suæ atq; finis extremi longe ante mortem aspiciet, præsertim si natiuitas nocturna fuerit. Sed si diurna steterit, natus erit tumens, furibundus, paucae pietatis, & malū in corde suo obseruās. Quando pars fortunæ inter Martem & Iouem fuerit, & dominus eius in bono ac fortunato loco, natus erit magister militum, habebitq; famam & nomen, atq; partem in cede & fortitudine nutu Dei.

### De natis militibus, ac eorum fortuna. Cap. cxxxii.

**Q**uando Mars in domo uel exaltatione sua ac in medio cœli existens dominus ascendente fuerit, & Lunā ibidem aspexerit, natus erit miles fortis & famosus, ac famam quod libenter se locis periculosis exponat, habebit. Quando Luna in medio cœli fuerit, uel Sol in ascendente, natus erit in negocijs suis fortis atq; uelox. Et iam satis de materia ista ubi nuper de magisterio uel magisterijs militum locuti fuimus, tractauimus, iudica ergo secundum illud quod ibidem scriptum est.

### De natis sapientibus, ac eorū fortuna. Cap. cxxxiii.

**Q**uando Mercurius cū Venere in ascendente uel medio cœli fuerit, natus erit sapiens ac bonus dictator, et quorum occasione ad statū & honorem eleuabitur, & quanto plus uixerit, tanto plus honor & dignitas

## DE NATIVITATIBVS.

dignitas augebunt. Quando Iupiter cum Mercurio in medio coeli fuerit, & Sol bono aspectu eos aspexerit, natus erit dictator famosus, & idem dominium in domibus regum habebit. Quando Luna in quadrato Solis aspectu fuerit, ac ab infortunis & Iouis aspectu existens Mercurium aspexerit, & Mercurius cum fortuna fuerit, natus erit maximus ac nominatus dictator, & ob hoc fortunatus atq; diues erit. Quando Iupiter Mercurium ex medio coeli aspexerit, natus erit dictator. Quando Mercurius in domo sua existens Ioui in medio coeli existenti iunctus fuerit, natus erit dictator regis, eritq; propter hoc famosus. Quando Mercurius natiuitate nocturna existente in ascendente ac in exaltatione sua fuerit, natus erit secretarius regum uel principum, & dictator sapiens, et inde bonam famam & fortunam habebit, pecunias congregabit, & sic ad finem uitae perseuerabit. Quando Mercurius dominus domus substantiae, & Iupiter cum ipso uel ipsum bono aspectu & forti ac fortunato loco aspexerit, natus erit in dictamine fortunatus, et inde bonum habebit, & pecuniam multam lucrabitur. Quando Mercurius in quinta domo, ac in facie sua existens, necnon de sub radijs Solis apparens, & ab infortunis cadens fuerit, & dominus domus suae eum cum receptione bono aspectu aspexerit, natus erit in dictamine & aduocatione fortunatus, ac multarum pecuniarum congregator. Quando Mercurius de sub radijs Solis orientalis apparens, necnon in domo uel exaltatione sua existens nonam domum possederit, & Iupiter ab infortunis liber ipsum bono aspectu, maxime ex medio coeli aspexerit, natus erit Regis dictator ac in magnis secretis sapiens, & fortunatus, pulchrae ordinationis, fidelis, famosus, bonae memoriae, ac in omnibus sufficiens. Quando primus dominus triplicitatis in natiuitate nocturna in fine sui signi, uidelicet a 25 gra. usq; ad finem fuerit, atq; in aliquo angulorum, natus erit dictator fidelis, et inde dominium & potestatem mandandi & prohibendi habebit.

### De dispensatoribus regum, ac eorum fortuna. Cap. CXXVIII.

**Q**uando Iupiter cum Saturno in domo sua fuerit, natus erit regum uel domorum regiarum aut uirorum sublimium dispensator, et inde lucrum & pecunias consequetur. Quando Saturnus in tertia domo fuerit, et dignitatem ac fortitudinem in ea habuerit, natus erit regum dispensator, et alij dispensatores computum reddet. Quando Saturnus natiuitate diurna existente in domo sua ac in ascendente fuerit, & Iupiter eum ex medio coeli aspexerit, natus erit regum aut uirorum sublimium dispensator, et inde multas diuicias congregabit. Quando Venus in domo Iouis fuerit, & Iupiter eum in medio coeli bono aspectu aspexerit, natus erit reginarum aut dominarum sublimium dispensator. Quando Mercurius orientalis in domo uel exaltatione sua existens secundam domum possederit, et Venus ipsum bono aspectu aspexerit, natus erit

erit alicuius domini uel dominæ potentis ac nobilis dispensator. Quando Venus natiuitate nocturna existente in exaltatione sua existens cum Ioue tertiã domum possederit, natus erit dominorum sublimium dispensator. Quod si Lunam Venus à quarta domo aspexerit, natus erit maior dominus.

De natis qui parentibus suis erunt maiores.

Cap. CXXXV.

**Q**uando Saturnus Iouem ex domo sua trino aspectu aspexerit, natus erit parentibus suis ac omnibus de domo sua maior. Quando Iupiter in domo sua fuerit, & Lunam in trino aspectu ex medio cœli aspexerit, natus erit maior sua parentela, ac omnibus suis antecessoribus nobilior. Quando Saturnus et Sol cum Ioue in domo uel exaltatione sua fuerint, et Lunam ac Venerem ex ascendente uel medio cœli bono aspectu aspexerint, natus altitudinem et dominium ac magnam fortunam habebit, & nobilior sua parentela efficietur. Quando Sol in aliqua dignitatum suarum existens in ascendente sine aspectu infortunæ fuerit, et fortuna ipsum ex medio cœli aspexerit, natus dominium à rege habebit et ab eo diligetur, eritq; diues atq; omni parentela sua nobilior. Quando Sol in medio cœli fortunatus fuerit, et infortunæ ab eo cadentes, natus erit omni parentela sua nobilior. Quando Mercurius in ascendente sine aspectu infortunæ fortunatus fuerit, et Luna eum bono aspectu aspexerit, natus bonum sensum ac scientiæ profunditatem habebit, et ob hoc dominium acquirat, et suis parentibus nobilior efficietur. Quando Sol cum Luna in angulis ac natiuitate diurna fortunati fuerint, natus erit suis parentibus nobilior. Quando Iupiter in aliqua dignitatum suarum fortunatus fuerit, et Venerem quadrato aspectu aspexerit, natus erit sua parentela nobilior. Dum Iupiter in domo sua fortunatus, et ab infortunis liber fuerit, et Mercurius eum ex aliquo angulorū aspexerit, natus diues erit ac fortunatus, et altioris status quàm sua parentela.

Capitulum in secunda domo siue in secunda nati fortuna.

**Q**uando Saturnus in domo sua existens trino aspectu aspexerit cum receptione, et Iupiter Saturnum bono aspectu et cum receptione ex angulo similiter aspexerit, natus erit diues, multæ pecuniæ ac bonæ famæ. Quando Venus in Tauro fuerit, et Saturnus in Libra natiuitate diurna existente, natus erit diues, laudatus, multæ pecuniæ, et mulieres ac filios appetens. Quando dominus partis fortunæ fortunatus

DE NATIVITATIBVS.

natus ac in bono loco, ut in nona uel undecima domo fuerit, et partē fortunæ bono aspectu aspexerit, natus erit diues & amplæ substantiæ ac deliciosus. Quando pars fortunæ uel eius dominus in ascendente orientalis ac extra radios & sine infortunarum aspectu fuerit, & Iupiter fortunatus ex angulo terræ ipsam aspexerit, natus erit diues ac multæ pecuniæ, sed eā abscondet, & idem iudica, uidelicet quòd erit diues, posito quòd Iupiter eā et dominum eius aspexerit. Quando dominus domus substantiæ fortunatus in ascendēte fuerit, natus erit diues ac bonæ uitæ. Quando pars fortunæ Solem aspexerit, aut cum eo de sub radijs apparens sine aspectu fortunæ fuerit, natus erit diues ac in omnibus operibus suis laudatus. Quando Venus in triplicitate Iouis directā & extra Solis radios fuerit, ac aliquem ex angulis possederit, natus erit aliquo modo diues. Quando Luna in triplicitate Iouis sine infortunarum aspectu fuerit, & Iupiter fortunatus existens bonum locum possederit in figura, natus diuicias multas habebit, ac undiq; fortunatus erit. Quando Iupiter directus ac de sub radijs Solis & infortunis liber existens in domo Lunæ fuerit, natus pecuniam in itinere lucrabitur, & semper erit diues. Quando Iupiter directus in aliquo angulorum cum Luna fuerit, & ab infortunis & combustione liber, natus erit diues, ac in amplitudine ex bono statu uiuet. Quando Iupiter in aliqua dignitatum suarum existens in aliquo angulorum fortunatus fuerit, natus erit diues, altus & famosus, & magisterium eius pulchrum, uetq; uita laudabili. Quando Sol cum Venere & Mercurio fuerit, Saturnus & Luna in medio cœli ipsos aspexerint, natus erit diues, & non remouebitur lucrum ab eo, eruntq; facta eius pulchra. Quando Iupiter & Venus ab infortunis liberi simul fuerint, & Luna eos bono aspectu aspexerit, natus erit diues, & se cum regibus & uiris sublimibus commiscebit. Quando Iupiter in exaltatione sua & in ascendente fuerit, & Saturnus in Capricorno existens ipsum ex occidente aspexerit, natus pecuniam & substantiam habebit. Quando Sol in exaltatione sua existens Lunam trino aspectu aspexerit, & ambo ab infortunis fuerint liberi, natus erit diues, ac bonis semper abundans, necnon uitam ornata deducens, præsertim si natiuitas diurna fuerit. Quando Sol in signo masculino et ab infortunis liber fuerit, & fortunæ eū ex proprijs domibus bono aspectu aspexerint, natus erit diues. Quando Sol & Venus cum Luna in medio cœli fuerint, & Venus directā ac in bono Iouis aspectu, natus erit diues, sani corporis, et à uiris sublimibus honoratus. Quando Sol cum Ioue fuerit, & Lunā ex medio cœli bono aspectu aspexerit, natus erit diues, amplæ pecuniæ, necnon magni domini atq; famæ. Quando Sol & Mercurius cum Ioue in eius domo fuerint, aut Iouem in domo uel exaltatione sua aspexerint, & in fortunæ ab ipsis ceciderint, natus erit multæ pecuniæ, ac in ciuitate ubi moratur, honorem & utilitatem habebit. Quando Sol in aliqua dignitatū suarum existens Lunam ex ascendente uel quarta domo bono aspectu aspexerit, & infortunæ ab ipso ceciderint, natus erit famosus ac fortunatus.



A L B V B A T E R

Quādo pars pecuniæ & eius dominus ab infortunis liberi, in bono ac forti loco fuerint, et fortunæ eos aspexerint, natus per totā uitam suam erit amplæ pecuniæ, gaudens & honoratus. Quando dominus domus pecuniæ domino ascendentis alligauerit, natus sine labore pecuniam lucrabitur. eiꝯ ex loco, quem non sperat, ueniet. Et si dominus ascendētis domino domus pecuniæ alligauerit, natus pecuniam cum labore acquirat. Et si quis planeta lumen inter eos deferat, natus pecuniā secundum naturam illius deferentis habebit. Quando dominus ascendentis à domino domus substantiæ separatus fuerit, natus substantiā nō acqret, et magisteriū suū dimittet. Et si dominus domus pecuniæ à domino ascendentis separatus fuerit, multū laborabit, ut pecuniam acquirat, sed nihil aut parum lucrabitur.

De fortuna nati occasione pecuniæ in terra uel alibi repertæ. Cap. CXXXVI.

**Q**uando Saturnus in aliqua dignitatū suarum existens in quarta domo, ac in bono Iouis aspectu fortunatus fuerit, natus magnā pecuniam sub terra absconditam inueniet, præsertim si Saturnus in motu suo fuerit tardus. Quādo Iupiter in angulo terræ existit & Venus ipsum bono aspectu aspexerit, & ambo ab infortunis liberi fuerint, natus magnū lucrum aut pecuniam subterrata inueniet. Quando dominus secundæ domus in quarta domo fuerit, & lumen ac ordinatio planetæ in ascendente uel quarta domo existēte in pulsauerit, nato secreta pecuniæ patebūt ac pecuniam subterrata inueniet. Quando dominus ascendentis in ascendente fuerit, & Iupiter ex angulo terræ eidem pulsauerit, natus pecuniam subterrata inueniet. Quando Venus domina secundæ domus in angulo terræ fuerit, & Sol ac Luna in signis super Venerem eleuatis ipsam aspexerit, natus extrahet de terra argentum & pecuniam subterrata inueniet. Quando Mercurius dominus secundæ domus existens in angulo terræ fortunatus fuerit, natus suo sensu res graues extrahet, & secreta scientiarum intelliget, et ei non abscondetur aliquod quod uelit excogitare uel ordinare.

De fortuna nati ex hæreditatibus mortuorum proueniente. Cap. CXXXVII.

**Q**uando Luna lumine completa ac numero aucta in octaua domo natiuitate nocturna existēte fuerit, et Iupiter fortunatus, ac in aliqua dignitatum suarum existēs, ex undecima domo ipsam aspexerit, natus erit diues ac pecuniā mortuorū hæreditabit. Quando dominus octauæ domus fortuna existēs in secunda domo non combustus nec retrogradus fueris

fuerit, natus substantiam hæredum habebit suorum. Quando dominus secundæ domus uim suam domino octauæ cum receptione ex termino dederit, ac in domo fortunæ fuerit, natus substantiam hæredum hæreditabit, & similiter iudica si pars fortunæ in octaua domo cum aliqua fortuna iuncta fuerit. Quando dominus octauæ domus cum sole, non combustus sed fortunatus in medio cœli uel undecima domo fuerit, natus ex parte mortuorum pecuniam habebit, sed eam cito amittet uel consumet. Quando Iupiter numero auctus, aut in aliqua dignitatibus suarum existens octauam domum possiderit, natus bonum & fortunam ex parte mortuorum habebit, præsertim si Iupiter à coniunctione uel aspectu infortunarum liber fuerit. Quando dominus octauæ domus fortuna fuerit, et dominus domus substantiæ alligauerit, natus aliquid ex mortuis habebit. Quando Saturnus natiuitate diurna existente in octaua domo fuerit, et aliqua ex fortunis bono aspectu aspexerit, natus ex mortuis pecuniam consequetur. Quando dominus octauæ domus in aliqua dignitatibus suarum existens in medio cœli fortunatus fuerit, natus fortunam bonam habebit, et pecuniam ex mortuis consequetur. Et si aliqua ex infortunis bono aspectu aspexerit, pater eius morietur, et paternas hæreditates habebit, atque dignitates, eritque bonus hæres loco patris. Quando pars possessionis in octaua domo fuerit, et fortitudo eius maior domino secundæ domus, natus pecuniam et hæreditates habebit. Quando dominus partis fortunæ in octaua domo fuerit, et dominus ascendens ipsum aspexerit, natus ex rebus mortuorum uiuet.

De fortuna nati ex agris & hortis. Cap. CXXXVIII.

Quando Venus in aliqua dignitatibus suarum existens in angulo terræ fuerit, et ab infortunis libera, natus multos agros habebit. Quando Saturnus in bono loco ac in domo uel exaltatione sua fuerit, et ascendens trino aspectu aspexerit, natus ex terris, hortis uel agris erit diues. Quando Saturnus, ut dictum est, fuerit, ac in ascendente eis alligans, uel ipsum ex loco forti aspiciens, natus fortunam ex agris & uineis habebit. Quando Saturnus directus ac in exaltatione sua existens in medio cœli fuerit, natus erit dominus, agrorum, terrarum, uinearum, ac populationes et ædificationes diliget ac in eis erit fortunatus. Quando aliqua ex stellis Beibenijs secundæ magnitudinis necnon de natura Martis et Veneris in ascendente uel medio cœli cum Sole aut Luna fuerit, natus erit diues, ac in terris uel agris fortunatus, domosque & palatia ædificabit. Et si aliqua ex stellis Beibenijs primæ magnitudinis, & de natura Iouis & Saturni sic se habuerit, natus erit diues ac pecuniosus, necnon in hæreditatibus, terris ac uineis abundans, & inde famam ac dominium consequetur. Quando Luna à Sole separata in domo Solis fuerit, et Saturno fortunato alligauerit, natus lucrum ex terris habebit, & domos ædificabit. Quando Saturnus in angulo occidentis ac in domo Iouis fuerit, & Iupiter in angulo terræ ac Piscibus existens ei alligauerit,

## A L B V B A T E R

natus multas terras possidebit, ac in ædificatione populatione & similibus fortunabitur. Quando Saturnus in angulo occidentali infortunatus fuerit, locus ubi natus est destruetur, id est, ad ruinam ibit. Et si Mars in occidente infortunatus fuerit, & Lunam quadrato aspectu aspexerit, erit destructio dicti loci per ignem. Et si Sol, Mars, & caput Genzahar fuerint, et infortuna eos aspexerit, domus nati destruetur.

### De fortuna nati ex seruis & famulis. Cap. cxxxix.

**Q**uando Mercurius in aliqua dignitatum suarum ac in bono signo, loco, necnon ab infortunis liber fuerit, & fortunæ ipsum bono aspectu aspexerint, natus fortunam & lucrum ex seruis consequetur. Quando pars seruorum ab infortunis libera in medio cœli super ascendens eleuata fuerit, & fortunæ eam aspexerint, natus seruos multos habebit, & lucrum ac fortunam ab eis suscipiet. Quando dominus sextæ domus in aliquo angulorum fortunatus, ac Venus ex fortunis existens fuerit, natus fortunam atq; lucrum ex seruis habebit. Quando Saturnus in aliqua dignitatum suarum ac in bono loco figuræ fuerit, et fortunæ ipsum bono aspectu aspexerint, ac dominus ascendētis alligauerit ei, natus seruos & ancillas habebit. Quando Iupiter in sexta domo ac in aliqua dignitatum suarum & dominus tertix domus cum Mercurio in aliquo angulorum, necnon ab infortunis liberi fuerint, natus seruos habebit, & cum eis proficiet. Quando Mercurius in duodecima domo fuerit, & fortunæ eum aspexerint, natus uendet seruos, & ex illa emptione homines lucrum consequentur. Quando Venus in aliqua dignitatum suarum existens in medio cœli fuerit, & Luna ex domo seruorum ipsam aspexerit, natus seruos habebit, & cum eis proficiet. Quando dominus sextæ domus in septima domo uel sub terra infortunatus fuerit, serui nati morientur. Similiter quando cauda Draconis in sexta domo fuerit, natus seruos amittet. Quando Saturnus in secunda, sexta uel duodecima domo fuerit infortunatus, natus tristitiam ex seruis habebit. Quando Saturnus in sexta domo natiuitate nocturna existente infortunatus fuerit, natus occasione seruorum damnum incurret. Quando Mercurius in aliqua dignitatum suarum existens in ascendente uel medio cœli, ac in signo communi infortunatus fuerit, natus seruiens conducet. Quando dominus domus filiorum in sexta domo fuerit, natus filios proprios, ut serui fiant, uendet uel ad seruiendum alijs exponet. Quando dominus sextæ domus in quinta domo fuerit, natus permittet ut serui sui alios seruos sibi generent. Quando dominus domus filiorum in sexta domo fuerit, & domino ascendētis alligauerit, natus filios suos uendet aut locabit. Quando dominus domus seruorum in decima domo, uel in decima domo à domino ascendētis fuerit, natus seruos suos eleuabit.

De fortuna nati ex bestijs. Cap. CXL.

**Q**uando Saturnus natiuitate diurna existente in triplicitate sua fortunatus fuerit, præsertim in signo quadrupedum, natus emet bestias, & ex eis lucrum habebit. Quando Saturnus in angulo occidentali ac in signo quadrupede directus, ac à radijs Solis saluus existens in aliqua dignitatum suarum fuerit, & Iupiter ipsum bono aspectu aspexerit, natus fortunam ex bestijs consequetur. Et idem iudica si Saturnus in signo bestiae non fuerit, & Iupiter ex signo bestiae ipsum aspexerit. Quando Mars natiuitate nocturna existente in quarta domo ac in signo quadrupede, & maximè in signo igneo fuerit, & Sol ac Iupiter in decima uel undecima domo fortunati existentes Martem aspexerint, natus erit bestiarum quadrupedum dominus, ac ex eis fortunatus. Quando Mars in aliqua dignitatum suarum ac in signo quadrupede fortunatus fuerit, & dominus illius signi à Ioue receptus ei pulsauerit, natus multas bestias emet. Quando domus duodecimæ domus in signo quadrupede existens Ioui aut Veneri iunctus fuerit, natus ex bestijs erit fortunatus, ac proficuum inde habebit. Quando Sagittarius ascendens fuerit, & Iupiter Marti iunctus, aut ipse in signo quadrupede fuerit, & Iouem in Cancro existentem aspexerit, natus ex bestijs proficiet. Quando duodenaria septem planetarum, maximè Solis, Lunæ, ac domini ascendentis ex signo quadrupede ceciderit, natus erit bestiarum equitator. Quando Sol & Luna, ascendens, pars fortunæ, dominus coniunctionis uel præuentionis natiuitatis in signo quadrupede fuerint, natus bestias emet. Quando Mars dominus ascendentis, coniunctionis uel præuentionis natiuitatis fuerit, necnon in bono figuræ loco ac in aliqua dignitatum suarum, et fortunæ ex loco forti bono aspectu ipsum aspexerint, natus bestias ad equitandum emet. Quando Mars in loco dubitabili ab ascendente ac in signo igneo fuerit, & Iupiter bono aspectu aspexerit, natus magnas bestias emet. Et si in Capricorno fuerit, natus diuersas bestias, ut sunt equi, cameli, oues & boues, habebit. Quando signum duodecimæ domus aqueum fuerit, & Saturnus peregrinus in eo, natus bestias dimittet, quia morientur ei.

De fortuna nati ex mercatura. Cap. CXL I.

**Q**uando Iupiter in aliqua dignitatum suarum existens domum decimam possederit, & Mars ipsum bono aspectu aspexerit, natus erit magnus mercimoniorum mercator. Quando Mercurius directus & fortunatus in domo Veneris, & Venus ipsum ex decima domo bono aspectu aspexerit, natus erit magnus mercator. Quando Mercurius in bono loco fortunatus fuerit, natus substantiam suam ex mercatura, scriptura,

## A L B V B A T E R

uel computatiōe lucrabitur. Quando Venus in ascendente uel in signo communi, maximè in exaltatione sua existens, & ab infortunis & retrogradatione & combustione libera, natus erit mercator bonæ memoriæ, nec non pecunias multis modis acquirens, & in mercaturis fortunatus. Quando Mercurius natiuitate nocturna existente in secunda domo, ac in aliqua dignitatum suarum orientalis, & à radijs Solis liber fuerit, natus ex aliena pecunia mercabitur, et multa lucrabitur, habebitq; in his fortunam. Quando Mercurius natiuitate diurna existente in sexta domo fortunatus, ac in bono Iouis aspectu fuerit, et infortunæ ab eo ceciderint, natus erit in uenditione & emptione fortunatus. Quando Iupiter in medio cœli fortunatus fuerit, & Mercurius orientalis, & ab infortunis liber, domum cum aliqua ex fortunis possederit, natus erit mercator fortunatus ac multæ pecuniæ. Quando Mercurius in domo Lunæ directus, & à radijs Solis liber fuerit, & dominus secundæ domus, ac Luna in Virgine ipsum bono aspectu aspexerit, natus erit in mercaturis fortunatus. Quando Mercurius dominus decimæ domus ac directus existens in domo Saturni fuerit, & Saturnus directus, & à confusione saluus ipsum ex Libra aspexerit, natus erit in mercaturis sapiens. Quando Luna lumine ac numero aucta, & ab infortunis libera fuerit, & Mercurius in bono aspectu Iouis existens ipsum ex decima domo bono aspectu aspexerit, natus in mercaturis gaudebit, et fortunam ex eis habebit. Quando Mercurius in domo Iouis directus fuerit, & Iupiter etiam directus ex Piscibus eum aspexerit, natus erit fortis mercator et fortunatus. Quando Iupiter dominus decimæ domus existens in aliqua dignitatum suarum fuerit, & Mars fortunatus ipsum trino aspectu aspexerit, natus erit à medio uitæ usq; ad finē in mercaturis fortunatus.

### De mediocri nati fortuna. Cap. CXLII.

**Q**uando pars fortunæ infortunata fuerit, & fortuna orientalis atq; fortis existens ipsam bono aspectu aspexerit & ex forti, natus erit mediocriter fortunatus, & secundum quod lucratus fuerit, expendet. Quando dominus triplicitatis luminarium in postremo gradu ligni qui est terminus infortunarum, existens, in aliquo angulorum uel succedentium fuerit, natus erit boni status atq; uitæ, et modico contentus, ita quod nihil alicui petet. Quando infortunæ partem fortunæ aspexerint, & dominus partis fortunæ fortis, ac fortunatus existens in bono loco fuerit, uita nati erit mediocris, ita q; natus nō multū eleuabitur, nec etiā deprimetur. Quando res significatores uidelicet dominus ascendens, dñs mediæ cœli, & dñs 11 domus fortunati fuerint, aut unus eorū fortunatus & alter infortunatus, natus erit mediocriter fortunatus, ita q; ipse non erit diues, nec etiā pauper. Quando dominus partis fortunæ infortunatus, ac in malo loco fuerit, et fortunæ orientales atq; fortes, ac in aliquibus dignitatū suarum existentes

## D E N A T I V I T A T I B V S .

stentes, Lunam et partem fortunæ aspexerint, uita nati erit mediocris, et ei sufficet. Quando infortunæ partē fortunæ aspexerint, et fortunæ ab ea ceciderint, et dominus domus substantiæ fortunatus fuerit, et dominus ascendens in secunda domo fortunatus fuerit, nō erit diues nec pauper. Quando planetæ diurni in natiuitate diurna, & nocturni in natiuitate nocturna se bono aspectu aspexerint, et unus fortunatus fuerit, & alter infortunatus, natus erit quandoq; diues quandoq; pauper. Quando pars fortunæ in termino fortunæ ac in bono loco fuerit, & fortūa, similiter planeta in sexta domo peregrinus ac retrogradus existēs ipsam aspexerit, natus erit inter paupertatem et diuicias mediocris. Quando dominus ascendens fortuna existens, et à retrogradatione et à cōbustione saluus, nec nō in secūda domo & in aliqua dignitatū suarū fuerit, nato nō deficiet, substantiam tamen cum labore acquirat

### De miseria & labore nati. Cap. CXLIII.

**Q**uando dominus secundæ domus retrogradus, uel combustus, uel peregrinus fuerit, et infortunæ ipsum malo aspectu & ex malo loco aspexerit, natus erit in labore et in miseria, nec nō in tristitia & paupertate uiuens, & spes eius semper propter aliquam causam destruetur. Quando pars fortunæ quadrato uel opposito infortunarum aspectu existens, & dominus eius infortunatus, nec non Iuppiter ac Venus in malis locis peregrini, natus erit laboriosus, ac in miseria positus. Quando secunda domus ab infortunis impedita fuerit, & Iuppiter in malo loco infortunatus, natus semper erit pauper. Quando dominus ascendens domino secundæ domus uim suam dederit, aut ei alligauerit, gubernatio & nati substantia cum magno labore ueniet. Quando dominus secundæ domus infortunatus, ac infortuna fuerit, maxime Saturno domino dictæ domus existente, & dominus ascendens petens eius alligationē, nec sit inter eos receptio aut creditus luminis, natus erit tantæ miseriæ, quod plus mortem quam uitam desiderabit. Quando dominus triplicitatis Lunæ in bono loco fuerit, & dominus triplicitatis Solis in malo loco ac in eius detrimento uel descensu, & infortunæ ipsum malo aspectu aspexerint, natus erit laboriosus, ac in paupertate uiuens. Quando pars possessionis in secunda domo fuerit, & dominus secundæ domus fortitudinē & uim in significatione habuerit, & ambo infortunæ aspectu malo partem possessionis aspexerint, natus erit laboriosus, uitamq; suam in labore & miseria ducet. Quando dominus secundæ domus infortunatus, ac in malo loco existens, & in secunda domo infortunata peregrinus fuerit, & sol feralis existens, dictam fortunam malo aspectu aspexerit, natus erit laboriosus, ac in uita sua miser. Quando Saturnus agrestis, retrogradus, in ascendente sine aspectu fortunæ fuerit, & fortunæ cadentes ab angulis, natus erit miser, & in paupertate uiuens.

## De natis ad seruitutem redigendis. Cap. c x l i i i.

**Q** Vando Saturnus in domo uel exaltatione sua, nec non in aliquo angulorum sub radijs Solis fuerit, natus faciet aliquid propter quod in seruitutem redigetur. Quando Luna in aliquo angulorum uel succedentium, præcipue in secunda domo uel exaltatione sua cum aliqua infortuna iuncta fuerit, natus crimine uel macula deueniet, aut forsan capietur & seruus efficietur. Sed si Iupiter & Venus Lunam aspexerint, natus ex illo crimine piculo uel seruitute euadet. Quando Saturnus cū Sole eclipsato in angulo terræ fuerit, natus in pueritia sua capietur & seruus efficietur. Quando pars seruorum in angulo terræ infortunata ascendens aspexerit, & non dominum eius, natus faciet aliquid propter quod seruus fiet. Quando Luna in tertia domo natiuitate diurna existēte fuerit, natus erit seruus, actus serui faciet, maximè si infortuna iuncta fuerit, aut ipsam aspexerit, nā tunc natus, ut uictū suum habeat, alijs seruiet. Quando dominus ascendētis in duodecima domo ac in aspectu infortunæ maxime Saturni fuerit, natus erit de sua terra transportatus, et seruus efficietur. Quando Luna in sexta uel duodecima domo peregrina fuerit, & dominus triplicitatis signi in quo est infortunatus, ac in malo loco, natus erit seruus. Sed si in aliquo angulorum uel succedentium cum infortuna fuerit, & infortuna ipsam aspexerit, natus etiam seruus efficietur. Quando Mars in aliquo angulorum infortunatus existēs, ac in signo post Solem fuerit, & Lunam de signo in quo nullam habeat dignitatem aspexerit, natus seruus fiet. Quando Saturnus in natiuitate nocturna eo modo, sicut de Marte diximus, se habuerit, mater natum in uis exponet, & seruus efficietur. Quando Iupiter & Venus in duodecima domo infortunati fuerint, & Saturnus & Mars retrogradi existentes eos malo aspectu aspexerint, uita nati in seruitute & miseria uersabitur.

## De natis incarcerandis. Cap. c x l v.

**Q** Vando Mars in ascendente infortunatus fuerit, & Lunam malo aspectu aspexerit, natus incarcerabitur. Quando Luna & Iupiter infortunati existentes simul iuncti fuerint, & Luna ex malo loco Marti alligauerit, & Mars dominus duodecimæ domus in sexta domo peregrinus ac retrogradus fuerit, natus mala graua & carcerem patietur. Quando Saturnus, Mars, Luna, in quarta domo ferales fuerint, aut ferales existentes unus alium malo aspectu aspexerint, nato continget timor, aut tristitia ex plagis & carcere. Quando Iupiter, Saturnus, Mars & Luna in uno signo, ac in duodecima domo infortunati fuerint, natus mala graua, nec non carceres ac damna incurret. Quando Luna in natiuitate diurna

## D E N A T I V I T A T I B V S .

te diurna existente in domo Martis sine aspectu fortunæ infortunata fuerit, & Saturnus dominus duodecimæ domus, & combustus existens, Lunam malo aspectu aspexerit, natus mala grauia habebit, & in carcere longo tempore manebit. Quando Mars & Mercurius infortunati existentes in occidēte uel angulo terræ fuerint, et Mars Dominus duodecimæ domus extiterit, et Iupiter cum eis in eodem loco ac in suo termino, natus indigentiam, miseriam, et carceres sustinebit, sed postea euadet, et fortunam bonam habebit. Quando principans nati sub radijs Solis fuerit, Sole in ariete uel leone non existente, sed in decima domo, Reges nato nocebunt, et confringent pedes eius in compedibus. Et si aliqua ex infortunis eum aspexerit, reges natum interficient. Quando ascendens aut Mercurius infortunatus uim suam Saturno in quarta domo existenti dederit, natus in carcere et captiuitate multis annis morabitur. Quando dominus nonæ domus in aliquo angulorum combustus fuerit, natus in itinere capietur, in captiuitatem et in carcerē ingredietur. Quando principans nati in sexta uel duodecima domo fuerit, natus ab inimicis suis capietur. Quando Venus domina sextæ domus existens, in duodecima domo fuerit, et cum Marte retrogrado iuncta fuerit, nato mala euenient, et occasione mulierum incarcerabitur. Quando Saturnus, Mars et Mercurius in occidente combusti fuerint, et dominus duodecimæ domus infortunatus existens, malo aspectu eos aspexerit, natus mala ac tristitiam occasione uxoris ac filiorū incurret, & propter eos incarcerabitur. Quando Luna lumine ac numero diminuta in octaua domo fuerit, & dominus duodecimæ domus peregrinus, feralis & infortuna existens, ipsam malo aspectu aspexerit, natus dolores, percussiones, & uulnera incurret.

### De natis mendicis. Cap. CXLVI.

**Q**uando infortunæ in angulis infortunatæ fuerint, & fortunæ ab eis recedētes & occidentales, natus erit mendicus. Et similiter iudicabitur si pars fortunæ et Luna infortunati fuerint. Quando Saturnus & Mars cum Luna in medio cœli retrogradi fuerint, et fortuna eos non aspexerit, natus erit inops & mendicus. Quando Mars infortunatus existens Lunam, sine alicuius bono aspectu, quadrato uel opposito aspexerit, natus erit pauper, et fortuna eius cum labore & miseria. Quando ascendens Sol, Luna, & pars fortunæ à dominis domorum suarum bono aspectu aspecti non fuerint, natus in paupertate et erumna uiuet. Quando dominus anguli occidentalis & dominus secundæ domus, ac dominus anguli terræ Solem in natiuitate diurna non aspexerint, uel Lunam in natiuitate nocturna, sed ab angulis cadentes & infortunati fuerint, natus erit pauper atq; miser. Quando pars fortunæ in loco infortunato ac in quadrato uel opposito infortunæ aspectu fuerint, & nec dominus dictæ partis, nec

o fortunæ



A L B V B A T E R

fortunæ ipsam aspexerint, nec etiam dictus dominus Solem aspexerit, natus erit mendicus. Quando Sol in natiuitate diurna existens infortunatus nec non ab angulis cadens, & dominus secundæ domus combustus fuerit, natus erit pauper & inops. Quando Mars in secunda domo infortunatus, nec non retrogradus, ac sine fortunarum aspectu fuerit, et fortunæ cadentes & agrestes cum domino secundæ domus extiterint, natus erit semper indigens. Quando Saturnus peregrinus cum Luna in aliquo angulorum fuerit, & Mars eos malo aspectu aspexerit, natus erit indigens ac turpi uita uiuens. Quando dominus cōiunctionis uel præuentionis natiuitatis infortuna & infortunatus fuerit, nec non ab angulo cadens, maximè in sexta domo, natus erit pauper. Quando pars fortunæ in duodecima domo existens & Luna eam nec infortunæ aspexerint, et infortunæ in angulis uel succedentibus infortunatæ fuerint, natus erit pauper & indigens. Quando Luna cum in fortuna peregrina, ac in malo infortunæ aspectu fuerit, & fortunæ cadentes, natus erit pauper. Quando Hyleg cadens fuerit, & infortunæ ipsum firmauerint, casum & indigentiam significant. Quando domini angulorum ac succedentium cadentes fuerint, natus erit indigens. Quando Luna à fortuna separata Saturno in malo loco existenti alligauerit, & dominus secundæ domus infortunatus, ac in eorum aspectu fuerit, & fortunæ cadentes, natus erit pauper & laboriosus. Quando Luna numero ac lumine diminuta, nec non peregrina existens à Marte separata fuerint, et Saturno per cōiunctionem in malo loco applicuerit, natus erit indigens. Quando aliqua ex infortunis in domo substantiæ peregrina fuerit, & dominus domus substantiæ in malo loco impeditus ac infortunatus existens infortunis firmauerit, & fortunæ ab ipso ceciderint, natus erit mendicus. Quando pars pecuniæ & eius dominus cadentes & occidentales aut infortunati fuerint, & infortunæ ferales atq; cadentes, natus erit laboriosus, miser & inops. Quando dominus termini Solis & Lunæ cadentes & combusti, & sine aspectu fortunæ fuerint, & fortunæ & dominus domus substantiæ in malis locis infortunatus, natus paupertatem, indigentiam & erumnam patietur.

De natis qui ex paupertate ad diuitias eleuantur. Cap. CXLVII.

**Q**uando duæ infortunæ in angulis fuerint, & fortunæ in succedentibus fortunatæ, natus in principio uitæ suæ erit miser, in fine uero diues. Quando unus dominorum quatuor triplicitatum in domo alterius fuerit directus, & à combustione saluus, natus in fine uitæ de malo ad bonum eleuabitur. Quando pars fortunæ et eius dominus in bonis locis infortunati fuerint, & alij planetæ ex malis locis eos aspexerint, natus in principio uitæ suæ erit indigens, in fine uero fortunatus. Ei scias quod pars fortunæ inuitiū uitæ, et eius dominus finem significat. Quando signū cōiunctionis uel

## D E N A T I V I T A T I B V S .

uel præuentionis natiuitatis infortunatum fuerit, & dominus in bono loco fortunatus, natus in principio uitæ laborem habebit, & in fine non diuicias. Et idem iudica quando lignum, in quo erat Luna, post tres dies à natiuitate infortunatum fuerit, & dominus eius fortunatus atq; fortis. Quando locus coniunctionis uel præuentionis natiuitatis infortunatus fuerit, et dominus eius in bono loco ac fortunæ ipsum aspexerint, natus post inopiam & laborem ad fortunam et diuitias eleuabitur. Quando Iupiter in ascendente decimæ uel undecimæ domo existens, nec retrogradus, nec sub radijs Solis fuerit, natus ante medietatem dierum suorum fortunā habebit. Et si in angulis uel cadētibus fuerit, natus erit post medietatem dierum suorum fortunatus. Et si orientalis à Sole, id est in prima eius statione fuerit, aut post oppositionē Solis in secūda statione, habebit honorē & diuicias ante medietatē annorum suorum. Quantitatē uero diuiciarū scies secundū Iouis fortitudinē, & erit hoc fortius, si Iupiter fuerit principans natus aut dominus horæ uel dominus loci Solis in natiuitate diurna, seu loci Lunæ in natiuitate nocturna. Quod si super loca prædicta Iupiter principans nō fuerit, natus paucas habebit diuicias. Quando Luna infortunata fuerit, & inter ipsam & Solem in oriente 15 grad. id est in principio suæ occultationis et dominus eius fortunatus. ac in loco forti, natus ex infortuna ad fortunā eleuabitur. Quando Iupiter in angulo terræ infortunatus existens in aliqua dignitatū suarū fuerit, et in ascendēte infortuna peregrina, ac in aspectu fortunæ, natus ex infortuna ad fortunam eleuabitur. Quando Saturnus in suo termino existēs, & Venus in sua domo Lunā bono aspectu aspexerit, natus occasione mulierū ex infortuna ad fortunā eleuabitur. Quando primus triplicitatis Solis dominus in natiuitate diurna, & Lunæ in nocturna in bonis locis infortunatus fuerit, & fortunæ ipsum bono aspectu cum receptione aspexerint, natus ex indigentia ad fortunam eleuabitur.

### De natis qui ex diuitijs ad paupertatem deueniunt. Cap. CXLVIII.

**Q**uando triplicitatis Solis domini in natiuitate diurna & Lunæ in nocturna, in bonis locis fuerint, & infortunæ eos sine receptione infortunauerint, natus ex diuitijs ad paupertatē deueniet. Quando dominus ascendentis infortunatus fuerit, ac in 2. domo et in aliqua dignitatū suarū, et fortunæ cū receptiōe ipsum bono aspectu nō aspexerint, natus propria uolūtate substantiā dissipabit. Et si dicta fortuna in aliqua dignitatū suarū nō fuerit, substantia nati occulte furabit, aut spoliatores ei occurrentes ipsam manifeste subripiēt. Quando ambæ infortunæ sine fortunarū aspectu in secunda domo fuerint, natus ex diuitijs ad indigentiam descendet. Quando Luna in aliquo angulorum Saturno iuncta fuerit, natus ad indigentiam ueniet. Et si natus Rex aut Princeps fuerit, perficietur eius mandatū,

& gentes suæ ipsum prodent. Quando pars fortunæ & eius dominus cædens à Sole fuerit, natus post fortunam infortunabitur. Quando pars fortunæ & eius dominus in bonis locis fortes ac infortunati fuerint, & infortunæ eos infortunauerint, natus ex diuicijs ad infortunium descendet. Quando dominus cōiunctionis uel præuentionis natiuitatis, & dominus domus suæ in malis locis ac in dignitatibus suis fuerint, principium uitæ erit melius quàm finis. Quando in secunda domo infortuna fuerit, ac dominum secundæ domus malo aspectu aspexerit, uel in malo loco cum eo iuncta fuerit, nato damnum, casum & infortunam secundum qualitatem illius signi portendit. Nam si illud signum de natura Saturni fuerit, damnum eius occasione seruorum ac miserorum proueniet. Si de natura Iouis occasione magnorum uirorum uel ecclesiasticorum. Si de natura Martis occasione militum, latronum uel bellorum. Si de natura Solis, parentum, auorum aut hæreditatum occasione. Si de natura Veneris, occasione mulierum nobilium. Si de natura Mercurij, occasione sapientum, uel scribarum aut mercaturæ. Si de natura Lunæ, occasione mulierum infirmarum, nunciorum uel cursorum. Quando inueneris unam ex infortunis in medio cœli sine dignitate, & aliam in fine signi, in quo nullam habeat dignitatem uel fortitudinem, & cum hoc sit in malo loco ac dominus domus substantiæ combustus fuerit. Et si Iupiter atq; Venus in malo loco infortunati malum nato, nec non rerum amissionem suarum & fortunæ remotionem iudicare non dubitabis, nisi Deus eum præseruauerit.

### Capitulum in tertia domo, seu in re fratrum.

**S**apientes antiqui rem fratrum ex multis locis aspiciunt, uidelicet ex tertia domo & eius domino, ac ex dominis triplicitatis eius, ex parte fratrum et eius domino, ex parte fortunæ et eius domino, nec non ex Saturno, Ioue, Marte, Sole, Venere, Mercurio, Luna, et planeta in tertia domo existente, nam per tertiam domum & eius dominum sciemus, utrum natus plures fratres habeat, uel utrum solus erit. Pars fortunæ & eius dominus, fortunam fratrum et eorum infortunium, eleuationem et depressionem indicat. Sol & Saturnus, fratres magnos signat. Iupiter & Mars, medios. Mercurius, paruos. Luna, sorores magnas, & Venus paruas. Quando uolueris scire, utrum natus sit primogenitus uel non, quando dominus triplicitatis ascendens in ascendente fuerit, natus fuit primogenitus. Et si in medio cœli fuerit, erit primus aut quartus. Et si in septima fuerit, erit primus aut septimus. Similiter si inter ascendens & medium cœli aliquem ex planetis non inueneris, natus erit primus. Quando dominus triplicitatis ascendens in natiuitate diurna in ascendente fuerit, natus erit primus, qui de fratribus sanabitur, eo quod hi qui ante fuerint morientur. Quando Sol in ascendente fuerit, natus erit primus, et diminutionem ac paucitatem fratrum uidebit. Quando domi

do dominus domus fratrum in ascendente fuerit, natus erit solus sine fratribus. Et si in signo multorum filiorum fuerit, et fortuna eum aspexerit, natus multos fratres ac sorores habebit. Quando caput Genzaar in quarta domo fuerit, & Iupiter, Sol & Venus cum Luna fuerint, aut ipsam aspexerint, natus erit multorum fratrum & congaudebit. Quando pars fratrum in aliquo angulorum fortis ac fortunata fuerit, natus fratres magnæ potentiæ habebit. Quando dominus partis fratrum in signo multorum filiorum fuerit, natus erit multorum fratrum. Et si sub terra fortis fuerit, natus fratres maiores se habebit. Quando Iupiter, Venus, & Mercurius in bono et forti loco fuerint, ac in signis foemininis, natus sorores habebit. Quando dominus domus fratrum in bono loco & orientalis fuerit, & fortuna ipsum aspexerit, natus fratres habebit. Quando dominus triplicitatis Martis in signo multorum filiorum fuerit, natus erit multorum fratrum. Quando Luna domina tertiæ domus fuerit, natus multarum sororum erit. Quando dominus tertiæ domus, & dominus partis fratrum in ascendente uel medio cœli fuerit, natus fratres habebit. Et si in signis sterilibus fuerit natus fratribus carebit. Et si una pars ipsorum in signis aqueis fuerit, & alia in sterilibus, mediocrem fratrum numerum significat, & de hoc secundum proportionem planetarum est iudicandum. Quando pars fratrum in signo masculino fuerit, & Mars in ascendente, natus fratres sine sororibus habebit. Et si econtra fuerit, econtrarium iudicabis. Et si una pars sit in signo masculino, & alia in foeminino, natus fratres & sorores habebit. Quando Venus dñā tertiæ domus, ac in signo foeminino fuerit, natus sorores maiores se habebit. Et idē iudica quando Luna à Marte fuerit separata. Et si Venus (sicut de Luna dixi) fuerit, natus sorores maiores se habebit. Quando planeta, qui testimonium planetarum coniungit, & qui fratres & sorores significat, in bono ac forti loco, & in circulo suo ascendens fuerit, additionem & multitudinem fratrum ac sororum indicat.

De paucitate fratrum. Cap. CXLIX.

Quando primus & secundus triplicitatis domini ascendentis in tertia domo fuerit, natus fratribus carebit, & si quos habuerit, morientur ante ipsum. Quando Saturnus, Mars & Sol in signis foeminis, ac in locis cadentibus fuerint, mortem fratrum significat. Quando Mars & dominus tertiæ domus, ac dominus partis fratrum sub radijs Solis fuerit, omnes fratres nati ante eum morientur. Et si omnes tres hoc modo non fuerint, una pars fratrum uiuet & alia morietur, præsertim si in loco illo infortunatus fuerit. Quando pars fratrum cum Saturno iuncta fuerit, aut in quadrato uel opposito eius aspectu, et fortunæ eam non aspexerint, mortem fratrum nati significat. Quando pars infortunæ partem fratrum infortunauerit, erit mors in sororibus. Quando Venus domina tertiæ domus

existens infortunata fuerit, parua nati sorores morientur. Et si loco Veneris Luna fuerit, sorores maiores morientur. Quando Saturnus uel Sol infortunatus fuerit, fratres nati maiores morientur. Et si Iupiter infortunatus fuerit, fratres nati medijs morientur. Et si aliqui infortunati fuerint, & alij non, pars una fratrum morietur, & altera sanabitur. Quando infortunata inter ascendente secunda et quarta domus infortunata fuerint, natus fratribus carebit, nec matri filius nascetur nisi mortuus. Quando dominus triplicitatis ascendentis sub terra fuerit, & infortunata ipsum infortunauerint, fratres nati morientur. Et idem iudica, si infortunata in ascendente & medio coeli fuerint. Quando Venus cum Saturno sub terra fuerit, sorores nati morientur. Quando pars fratrum in domo Martis fuerit, & infortunata eam malo aspectu aspexerint, parui nati fratres morientur. Et si Sol uel Saturnus dominus illius partis fuerit, morientur maiores. Et si Iupiter, uel Mars dominus illius partis fuerit, aut illa pars in eorum domibus, nati medijs fratres morientur. Quando Luna a Saturno separata Ioui alligauerit, maiores nati fratres morientur. Et si Venus loco Lunae fuerit, minores morientur. Quando dominus domus fratrum orientalis existens, in secunda domo, & in aspectu fortunae fuerit, natus res fratrum haereditabit. Quando dominus partis fratrum, in dignitate sua, ac in secunda domo fuerit, & dominus eius fortis, & dominus ascendentis infortunatus, fratres nati ipsum hereditabunt.

### De fortuna nati cum fratribus. Cap. C L.

**Q**uando dominus tertiae domus de sub radijs appareret, in bono loco ac in aliqua dignitate Lunae fuerit, et Luna in eodem signo, et in fortunae a domino tertiae domus separatae, et etiam a Luna, natus proficuum a fratribus habebit, et ipsi ab eo, quia unius status, et habebit unus ab altero bonum et honorem. Quando planeta multi testimonij fuerit signator fratrum, et aspexerit Hyleg, bono aspectu, nati convenientiam fratrum, et dilectionem inter eos significat. Quando dominus tertiae domus in bono loco, et in aliqua dignitate suam fuerit, natus gaudium ex fratribus habebit, et eum amabunt. Quando pars fortunae in 3. domo fuerit, et dominus dictae partis fortunae, ac in bono loco, dilectionem fratrum et profectum nato portendit. Quando pars fratrum in 3. 9. uel 11. domo fuerit, et fortunae ipsam aspexerint, benignitatem inter fratres, et profectum unius cum altero indicat. Quando dominus partis fratrum suam a domino ascendentis uim pulsauerit, fratres nati ipsum honorabunt, ipsumque proponent, et erunt in obedientia ac protectione illius. Quando pars fratrum in domo filiorum fortunata fuerit, natus fratres minores se habebit, & erunt sub eius protectione. Quando pars fratrum in 2. domo fortunata fuerit, uita fratrum ex nato pueniet, ac eis ex bonis suis largietur. Quando dominus domus substantiae domino domus fratrum uim pulsauerit, fratres nati occasione ipsius pecuniam habebunt, maxime si dictus substantiae

tiæ dominus fortuna fortunata fuerit, & dominum domus fratrum receperit. Quando Mars in domo uel exaltatione sua fortunatus fuerit, & partem fortunæ bono aspectu aspexerit, natus ex parte fratrum suorum profectum habebit.

De inimicitia fratrum. Cap. CLI.

**Q**uando dominus domus fratrum in duodecima domo peregrinus ac infortunatus fuerit, fratres nati erunt sibi inimici & ipse eis, & malum sibi facient, et ipse eis. Quando Saturnus in tertia domo peregrinus fuerit, & Mars eum malo aspectu aspexerit, erit inter fratres & sorores inimicitia, & natus eis inimicabitur. Quando Iupiter retrogradus existens in tertia domo cum cauda Draconis & Saturno fuerit, natus occasione fratrum malum habebit. Quando pars fratrum in septima domo cum infortuna fuerit, fratres nati sibi insidiabuntur & nitentur eum destruere. Quando Saturnus, Mars, Sol & Luna se malo aspectu aspexerint, fratres nati & ipse adinuicem se interficiet. Quando Taurus uel Luna in tertia domo, & Mars eam malo aspectu aspexerit, & dominus tertiæ domus infortunatus ac in malo loco fuerit, nato dâna euenient, & fratres eius quærent ipsum interficere, nisi à fortuna protectus fuerit. Quando dominus tertiæ domus infortunatus & peregrinus in sexta domo fuerit, & in tertia domo infortunatus, mala & damna à fratribus recipiet. Quando dñs tertiæ domus in ascendente fuerit, aut gradum ascendentis bono aspectu aspexerit, erit amicitia perfecta inter natum et eius fratres, & si ex malo aspectu eum aspexerit, erit inter eos odium & ira. Quando Mars peregrinus existens, gradum ascendentis, aut eius dominum malo aspectu aspexerit, natus cum fratribus suis præliabitur. Quando Cancer uel Capricornus ascendens fuerit, natus cum fratribus suis litigabit. Et si Aries uel Libra ascendens fuerit, natus erit occasio suæ mortis, & renouabuntur sibi lites in terra aliena, aut cum hominibus hospitantibus. Et si Taurus uel Scorpius ascendens fuerit, natus cum mulieribus litem habebit, & substantiam de terris consequetur, sed plurimi amicorum suorum morientur. Et si Gemini aut Sagitarij ascendens fuerit, fratres nati substantiam eius destruēt, & plures filiorum suorum erunt inimici eius.

De infortunio & casu fratrum. Cap. CLII.

**Q**uando dominus domus fratrum infortuna fuerit, et cum hoc retrogradus ac in malo loco extiterit, & pars fratrum in secunda domo sub radice Solis infortunata, fratres nati infortunati, & quidam ex eis incarcerabuntur aut cronicam ægritudinem patientur. Et si dicta pars in sexta domo à Saturno infortunatur, fratres nati serui erunt. Quando pars fratrum in domo itineris infortunata fuerit, & dominus eius etiam infortunatus, extraneitas

## A L B V B A T E R

extraneitatem fratrum nati, & ab eo separationem significat. Quando dominus ascendens, & dominus partis fratrum, non aspexerint, & dominus partis fratrum similiter ipsam partem non radiauerit, fratres nati separabuntur, & non coniungentur. Quando pars fortunæ in tertia domo cum infortuna iuncta fuerit, aut infortunam malo aspectu aspexerit, laborem fratrum nati, et eorum casum, laborum, & miseriam portendit. Quando planeta in re fratrum multa testimonia habens infortunata fuerit, ac in malo loco, fratres nati erunt laboriosi. Et si numerum fratrum scire uolueris, aspice dominum triplicitatis ascendens, & si inueneris ipsum super terram computa ab ipso usque ad ascendens, & quot inter eos fuerint, tantus erit fratrum numerus, & pro quolibet signo communi computa duos fratres. Et si dictus triplicitatis dominus sub terra fuerit, computa ab ascendente, usque ad signum in quo est, & quod exierit, erit numerus fratrum. Quod si signum fratrum commune fuerit, & eius dominus in signo communi, natus fratres habebit, qui non erunt de uno patre, & una matre, sed erunt de suo patre tantum, aut de sua matre tantum. Aspice etiam dominos triplicitatis domus fratrum, si fuerint cum parte fortunæ, & dominus dictæ partis fortis, ac in bono loco, nam tunc fratres nati bonam famam, elevationem & celsitudinem habebunt. Scias tamen quod primus triplicitatis dominus significat maiores fratres, secundus medios, & tertius minores. Iudica ergo de statu fratrum secundum dictorum dominorum fortitudinem uel debilitatem, fortunium & infortunium. Dixit Albucaic: Quando dominus domus fratrum in gradu domus patrum ceciderit, & dominus illius loci planeta masculus, ac in signo & gradu masculinis fuerit, fratres ex parte fratris significat. Et si ille planeta fuerit Venus, & in signo aut gradu foemininis, sorores ex parte patris indicat.

### Capitulum in quarta domo.

**S**Tatus patris ex octo significatoribus cognoscetur, uidelicet ex quarta domo, & eius domino, ex parte patris, ac eius domino, et Saturno et Sole, et planeta in quarta domo existente, nec non ex loco coniunctionis uel præuentionis natiuitatem præcedentis. Sed matris statum ex decima domo, et ab ascendente et eius domino ex parte matris, & eius domino, ex Luna et Venere, ex planeta in decima domo existente, nec non ex loco coniunctionis uel præuentionis natiuitatem præcedentis. Quando ergo planeta testimonia et significationes in rebus parentum coniungens, in forti loco fortunatus ac receptus fuerit, iudica parentibus ex illa natiuitate bonum & fortunam. Et si ab hoc diuersus fuerit, contrarium iudicabis.

De

De exa

De progressione nati ex ventre matris, utrum  
fuit cita uel tarda. Caput CLIII.

**Q**uando Luna in angulo ac in signo foeminino fuerit, progressio illius nati erit festina, et forte in uia uel balneo, aut in alio loco extra domum. Quando fortunæ aspectu uel cōiunctiōe Lunā adinuenerint, aut quando Sol uel Luna in signo masculino directi descensus, in natiuitate masculina, aut in signo foeminino, in natiuitate foeminæ festinationem progressionis cum sanitate & directione significant. Quando Luna cū Marte, aut in eius bono aspectu fuerit, et Iuppiter eos bono aspectu aspexerit, festinationem progressionis cum nati euasione & salute portendit. Quando Mercurius in ascendente, ac in domo Martis fuerit, et Mars in bono loco fortunatus, idem iudica. Quando Luna à radijs euasa in ascendente, uel medio coeli fuerit, idem etiam iudicabis. Quando Venus & Luna in natiuitate natarum in signo foeminino fuerint, pulchritudinē matris & natæ cum festinatione progressionis indicant. Quando Iupiter & Luna in bono loco, in natiuitate masculi fuerint, festinationem progressionis cum sanitate, euasione, et gaudio matris cum nato significant. Quando in fortunæ in duodecima domo fuerint, tardam progressionem cum matris grauedine significant, nam mater infirmabitur, et dolorem in uentre patietur, nec non ex illa progressione malum, tristitiam ac laborem habebit. Quando Luna à saturno separata fuerit, matri grauedinem, progressionis difficultatem portendit, nec non ex illa imprægnatione tristitiam et laborem. Quando Sol, Luna, et dominus ascendentis in signo foeminino ac torti ascensus in natiuitate masculina fuerint, aut in signo foeminino, in natiuitate foeminina, grauedinē, tristitiam, prolongationē, aut laborem, in progressione nati uel natæ significat. Quòd si Saturnus in aliquo angulo stationarius fuerit, mulier forte non pariet donec attigerit mortem. Quando planeta stationarius uel retrogradus in ascendente fuerit, progressionis tarditatem, et grauedinē in partu significat. Quando Luna ad præuentionem iuerit, et inter eam et punctū præuentionis fuerit minus duodecim gradibus, aut Luna cursu uacua fuerit, mater in partu tardabit, ac in eo grauedinem & laborem habebit. Quando Sol, Luna, & Venus in scorpione, capricorno uel aquario fuerint, mater in partu grauabitur, ac in eo malum & laborem habebit. Quando Luna in signo torti ascensus fuerit, & infortunæ ipsum malo aspectu aspexerint, progressio erit grauis, tarda, & laboriosa, & forte q̄ morietur.

De exaltatione parentum. Cap. CLIIII.



**Q**uando planeta habens dominium in parentibus in angulo uel succedenti, nec non in domo uel exaltatione sua fuerit, exaltatione patris & eius honorem, ac status sui elevationem significat. Quando pars matris, sicut de parte patris dixi, se habuerit, elevationem matris significat & honorem. Quando Iupiter in quarta domo fuerit, ipso in domo uel exaltatione sua existente, pater nati erit altus, famosus, diues, et qui aliquam dignitatem, uel dominium habebit. Quando pars dominus partium fortunatus in aliquo angulorum fortis, & ab infortunæ aspectu liber fuerit, pater nati erit famulus, & in sua parentela altus. Quando dominus quartæ domus in angulo fuerit, pater nati erit magni status. Quando pars patris in tertia, nona, uel in undecima domo fuerit, pater nati erit magni status, parentes nati erunt famosi & laudati in ciuitate sua. Quando Sol in domo uel exaltatione sua, ac in bono loco fuerit, natiuitate diurna existente, pater nati erit alti nominis, ac magnæ uocis in sua ciuitate. Et si Saturnus in natiuitate nocturna sic se habebit, idem iudicabis. Quando planetæ in significatione patrum coniunctiones in medio cœli, ac in domibus uel exaltationibus suis fuerint, & fortunæ ab infortunis liberæ ipsos aspexerint, pater nati erit magnus dominus. Quando prædicti planetæ gradus coniunctionis, uel præuentionis natiuitatem præcedentis, bono aspectu, & fortunæ similiter aspexerint, parentes nati erunt alti nominis, & boni. Quando Sol angulum terræ, nec non Saturnum & Iouem, cum receptione bono aspectu aspexerint, pater nati est de illis, qui dominium & potestatem habebunt. Quando Luna & Venus quartam domum aspexerint, fama & laus erit matri. Quando Venus in ascendente, ac in signo feminino fortunata fuerit, mater nati erit patre nobilior.

### De casu uel depreffione parentum. Cap. CLV.

**Q**uando Sol in duodecima domo peregrinus fuerit, & dominus domus substantiæ secundæ, quartæ domus in malis locis, & similiter in malis locis infortunæ extiterint, parentes nati deprimentur. Quando planeta maius testimonium in significatione parentum habens, in duodecima domo peregrinus fuerit, parentes nati erunt parui status, & eorum lucrum ex mercede. Quando Luna lumine ac numero diminuta in Scorpione ac in quarta domo fuerit, & dominus quartæ domus in malo loco feralis & retrogradus, nec non aspectu fortunæ carens extiterit, mater nati erit parui status & substantiæ. Quando dñs domus Solis, uel dñs partis patrum, seu duodenaria Solis, uel dñs triplicitatis Solis in 6. domo, ac in aspectu infortunæ fuerit, pater nati erit auarus, malæ radicis, atq; cadēs. Quando duodenaria Lunæ in domo 6. cū infortuna, aut in aspectu malo fortunæ fuerit, pater nati erit seruus & indigēs. Quando dñs partis patrum in loco uituperabili, sine fortunæ aspectu fuerit peregrinus, pater nati erit laboriosus

## DE NATIVITATIBVS.

ofus, & pauci aut nullius laboris. Quando dñs domus Solis cū dño suæ triplicitatis, in locis cadentibus, ac in malo fortunæ aspectu fuerint, pater nati erit seruus. Quādo infortunæ gradus coniunctionis uel præuentionis præcedētis natiuitatē infortunauerint, pat̄ nati à statu eig erit cadēs. Quando signū cōiunctionis aut præuentionis infortunatū fuerit, & ambæ infortunæ in angulo terræ, uel ipsum angulū sine fortunarū radiatiōe, malo aspectu aspexerint, parentes nati erunt ex mala progenie, & seruitute procreati. Quando dominus domus Solis, uel dñs coniunctionis, uel præuentionis natiuitatis, uel dñs partis patrū, infortunatus fuerit, casum aut depressionem patris nati portendit. Quando dominus domus Lunæ, & dominus domus coniunctionis uel præuentionis, uel dominus domus partis matrum infortunatus fuerit, malum & casum matris significat. Quando Sol cū cauda Draconis in signo foeminino feralis fuerit, pater nati erit cadens uel seruus. Quando Sol et Luna in coniunctione uel præuentione natiuitatis infortunis alligauerit, & fortunæ à locis suorum gaudiorum cadentes fuerint, parentes nati non erunt eiusdem status, nec eiusdem uillæ aut ciuitatis.

### De amicitia & inimicitia nati cum parentibus. Cap. CLVI.

**Q**uando Sol in termino Martis natiuitate diurna existente fuerit, uel Luna in termino Saturni in natiuitate nocturna, et ambæ infortunæ ipsum sine infortunarū aspectu malo aspexerint, inter parentes nati et ipsum natum erit inimicitia et odiū. Quādo pars patris et pars matris cū in fortuna, necnō cum dño quartæ domus sine receptiōe fuerint, parentes nati ipsi nato inimicabūtur et ab eis grauedinē et laborē habebit. Quādo dñs ascendētis peregrinus existēs dominū quartæ domus et Solē in natiuitate diurna aut Saturnū in nocturna, necnō partē patrū in opposito aspectu sine receptiōe aspexerit, natus erit parentibus cōtarius. Quādo Sol in quarta domo peregrinus fuerit, et Mars sine receptiōe cū opposito aspectu aspexerit, et similiter Saturnus quartæ domus infortunato aspectu ibidē radiauerit, parentes nati ipsi nato inimicabūtur. Quādo Sol et dñi triplicitatis suæ in malo loco ac in natiuitate diurna fuerint, et infortunæ eos sine receptiōe, cōiunctione uel malo aspectu infortunauerint, inter natum et parentes erit inimicitia. Quādo Sol in quarta domo feralis existēs, corporaliter planetæ plura testimonia in natiuitate nati habēti iunctus extiterit, ac dñs quartæ domus peregrinus ex malo aspectu infortunæ in octaua domo infortunatus fuerit, pater natū uiuū subterrabit, aut ipsum natū suum fore negabit. Quādo planeta, qui est Almuten parentū à significatione nati, coniunctione uel aspectu separatus fuerit, cor parentum à nato separabitur, et cum odio habebunt.

## De fortuna nati cum parentibus. Cap. CLVII.

**Q** Vando Venus domina ascendentis in Leone ac in secunda domo, directa & à combustione salua, necnon in bono aspectu domini quartæ domus fuerit, natus erit ex pecunia patris fortunatus. Et si Venus in domo Lunæ sic se habuerit, natus ex pecunia matris fortunabitur. Quando Sol in domo Iouis ac in angulo terræ cū Ioue per unū minutū iunctus fuerit, & dominus quartæ domus eos cū receptione bono aspectu aspexerit, natus pecuniam à parentibus habebit, & ex illa fortunabitur. Quando Saturnus in domo uel exaltatione sua, ac in medio cœli fuerit, & dñs quartæ domus ex angulo terræ ipsum receptiōe aspexerit, natus erit à patre fortunatus, & pecuniam ab eo habebit. Quando dominus quartæ domus ex octaua domo pulsauerit, natus pecuniam parentum hæreditabit. Quando dominus domus pecuniæ uim suam domino quartæ domus dederit, parentes pecuniam nati hæreditabunt.

## De natis pecuniam parentum dissipantibus. Cap. CLVIII.

**Q** Vando duodenaria Solis in duodecima domo ceciderit, et infortunæ eam malo aspectu aspexerint, natus pecuniam parentum consumet, et eos tristes faciet. Quando Saturnus in duodecima domo cū domino quartæ domus peregrinus fuerit, natus pecuniam parentum dissipabit. Quando infortunæ in domo quarta fuerint, & dominus eius domus cum domino quintæ domus infortunatus fuerit, natus pecuniam parentum amittet. Quando Sol & Mars simul iuncti ferales fuerint, & Luna lumine ac numero diminuta, similiter Saturnus in loco malo iungatur, & Mars sine infortunæ aspectu mala radiatione aspexerit, & dominus domus substantiæ infortunatus in malo loco extiterit, pecunia à nato diminuetur.

## De fortuna parentum nati. Cap. CLIX.

**Q** Vando dominus quartæ domus in domo uel exaltatione sua in bono loco fortunatus fuerit, & dominus domus substantiæ in dignitate sua ac in quarta domo & pars patris, et eius dominus fortunati extiterint, parentes nati erunt fortunati, necnon bonum & augmentum in rebus suis uidebunt. Quando Sol quartæ dñs existens, in termino & in facie fortunæ, natiuitate diurna existente, fuerit, ac in bono Iouis aspectu,  
boni

## DE NATIVITATIBVS.

bonitatē uitæ parentū nati indicat. Quando Sol cū Ioue, in domo Iouis corporalit̄ iunctus fuerit, & dñs 4. domo eos bono aspectu aspexerit bonū statum & fortunam parentibus nati portendit. Quando Saturnus in domo uel exaltatione sua existens, in medio cœli fuerit, & Iupiter dominus quartæ domus fuerit, ac cum bono aspectu aspexerit, pater nati erit fortis natus & diues. Quando pars patris in bono aspectu domini domus substantiæ fuerit, & ipse & dicta pars fortunati, et ab infortunis liberi extiterint, directionem, saluationem & fortunam parētibus nati indicat. Quando dominus domus Solis in domo uel exaltatione sua cum dño partis patrum existens in aliquo angulorum fortunatus fuerit, pater nati dignitatem uel dominium habebit. Quando Saturnus in diurno existens, à domino domus substantiæ receptus fuerit, & Sol dominus quartæ domus ex Ariete uel Leone ipsum trino aspectu aspexerit, parētes nati bonum & profectum ac fortunā inueniēt. Quando Luna Veneri in Tauro coniuncta medium cœli possederit, et Mars in Scorpione existens ipsam ex angulo terræ aspexerit, parentes nati fortunam et gaudium nutu Dei consequentur.

### De labore & impedimento parentū nati. Cap. CLX.

**Q**uando dominus quartæ domus in domo lapsa combustus uel retrogradus fuerit, natus terras nō emet. Quando infortuna in domo 7. feralis fuerit, & Solem uel Lunam malo aspectu aspexerit, & pars patrum et eius dominus in malo loco infortunati & fortunæ retrograda aut agrestes in locis cadentibus extiterint, parentes nati eius occasione malum & impedimentum habebunt. Quando Sol in angulo occidentali peregrinus ac in malo infortunæ aspectu fuerit, & dñs quartæ domus combustus, & dominus partis patrum infortunatus, parentes nati malum & laborem atq; casum incurrent. Quando Sol & dominus triplicitatis suæ in sexta uel duodecima domo infortunati, ac in aspectu infortunæ fuerint, accident nato mala & ægrotudo cronica. Quando Luna Saturno coniuncta fuerit, mater nati erit debilis. Dixerunt quidam, quòd quando Mars & Saturnus in quarta domo fuerint, & dicta domo nō sit alicuius fortunæ domus, nec aliqua fortuna in ea, natus ex sepultura sua extrahetur.

### De morte parentum nati. Cap. CLXI.

**Q**uando Sol, Saturnus, Mars & Mercurius in sexta domo fuerint, pater nati cito morietur. Quando Luna, sicut dictum est, de Sole se habuerit, mater nati satis cito post natiuitatem eius morietur.

Quando dominus inimicorum in octaua domo fuerit, & infortunæ ipsum aspexerint malo aspectu, pater nati parum uiuet. Quando Mars super

A L B V B A T E R

Solem eleuatus fuerit, pater nati gladio morietur et occidetur. Quando Sol & domini triplicitatis suae infortunati fuerint, pater nati occidetur. Quando Mars in domo Solis fuerit, pater nati morte subitanea mundum relinquet, praesertim si natiuitas diurna fuerit sed si nocturna fuerit, parum uiuet. Quando Saturnus in oppositione Solis fuerit, pater nati mala morte morietur. Quando infortunae locum coniunctionis uel praeventio- nis natiuitatem praecedentem sine fortunae radiatione aspexerint, mala mor- tem parentibus nati portendit, sed coniunctio patrem proprie significat, praeventio uero matrem. Quando Saturnus & Mars in domo patrum fuerint, & dominum dictae domus aspexerint, pater nati apostemate, aut alia aegritu- dine morietur, mortem citam educeute. Quando dominus partis patrum in malo loco existens ascendens & locum dictae partis aspexerit, & cum hoc dictus do- minus infortunatus fuerit, pater nati in loco ubi non cognoscetur morie- tur. Quando dominus partis patrum in malo loco existens in malo infortu- narum aspectu fuerit, et similiter dominus uitae partis terminus extiterit, mortem ac dampnum uitae patris indicat. Quando dominus domus patrum domino octauae do- minus in quarta domo alligauerit & ambo infortunati fuerint, & Sol ac Luna in locis cadentibus atque malis mortem parentum significat. Quando Lu- na & Saturnus in eodem gradu iuncti fuerint & Mars eos aspexerit, mater ex partu morietur. Quando dominus partis patrum in medio caeli fuerit & dominus par- tis matrum in angulo terrae fuerit, mater ante patrem morietur. Quando Sol & Saturnus in eodem gradu iuncti fuerint, pater ante matrem morietur. Quando Mars in quarto signo a Sole fuerit, & Saturnus in parte sinistra, pater prius morietur. Hoc etiam scire poteris per Athazir duorum significatorum ad coniunctionem quadratum uel oppositum aspectum infortunarum, nam qui illorum prius alicui ex in- fortunis alligauerit, ille ante alium morietur. In anno 23 quidam ad me uenit habens folium in quo natiuitas cuiusdam nati scripta erat, et rogauit me, ut iudicarem aliquid de illa natiuitate, tunc quaesui ab illo, cuius esset illa nati- uitas, ille respondit, quod erat filij sui. Accepi ergo folium & posui ante me considerando figuram natiuitatis et loca planetarum, tunc Alambes uidens hoc, re- cepit folium de manu mea, & aspexit in illo, dixitque quod filius, pro quo haec si- gura facta fuerat, erat ex adulterio procreatus, & quaesui unde hoc sciret. Respondit: Senex iste credit quod natus ille sit filius suus, sed iam sunt qua- tuor anni, ab anno quo natus fuit puer, quod pater mortuus est. Quaesui iterum un- de hoc sciret, qui respondit: In hac figura ad partem patrum aspexi & inueni ipsam in oppositione Martis, & non inueni inter ipsos nisi unum gradum. Similiter aspe- xi ad dominum dictae partis, et inueni ipsum in 11 domo ab ascendente, quae est octaua domus a quarta domo, et inter ipsum & Saturnum non erat nisi unus gradus. Dixi ergo, quod pater illius nati mortuus est in anno in quo natus pu- er fuit. Dixitque senex ille: Cum dixisti quod non sim pater huius nati, uerum dixisti, quia accepi eum & nutriui, & pater eius in anno per te nominato mortuus est. Dixit Alksibit, quod uidit Tabarium aspicerem in signo quartae domus, & eius domino a parte patrum et eius domino, nec non a Sole & Saturno, et accipe Almu-  
ten

## DE NATIUITATIBVS.

ten sup his locis. Et similiter aspiciebat ad planetā in quarta domo existentē & faciebat ipsum significatorē patrū, postea aspiciebat significatorē, ut per eū sciret lōgitudinē & breuitatē uitæ nati, secundū quòd explanauī in principio huius tractatus. Deinde ex parte patrū Solem & gradum domus patrū aspiciebat, q̄s eorū esset magis aptus ut sit Hyleg, & tunc faciebat Athazir uitæ parentū ad loca infortunarū, & iudicabat secundū q̄ uidebat. Et similiter ad sciendū statum parentum faciebat, quolibet anno Athazir, ex parte patrū ad loca fortunarū & infortunarum, & secundum qualitatem eius et loci sui de statu patris illo anno iudicabat. Similiter in natiuitate diurna faciebat ductoriā Solis & planetarum, et in nocturna ductoriam Saturni & Lunæ. Et quādo natus ductoriā habuerit, pater ei⁹ erit magnus, & honorē, diuicias ac bonū habebit, & iudicabat etiā in statu per primū & secundū triplicitatis Solis dominos in natiuitate diurna, et in natiuitate nocturna per primū et secūdū triplicitatis Saturni dominos. Præterea asserbat q̄ natus esset ex adulterio, & q̄ pater eius de ipso dubitabat, ne esset filius suus. Quando Sol in natiuitate diurna Marti per coniunctionem uel quadratum uel oppositum aspectum applicabit, uel in natiuitate nocturna Saturno. Similiter quādo in natiuitate diurna Lunā à Marte impeditam reperiēbat, & in natiuitate nocturna à Saturno, iudicabat quòd mater nati non esset proba, aut saltem de ea dubitabatur. Sed quidam sapientum dixerunt, quòd quando dominus domus patrum domum suam non aspiciat. Et similiter Sol domum suam & dominus partis patrum partem suam non etiā aspexerit, pater nati erit putatiuus, eo quòd pater credet illum esse filium suum, & non erit.

### De statu matris. Cap. CLXII.

**A**spice Lunam et Venerē, mediū cœli et eius dominū, necnō planetā, qui super hæc loca erit almuten, & illū pone uitæ significatorē, deinde aspice Athazir illius planetæ, et uide quid significet in additione uel diminutiōe secundū q̄ dixi in annis nati. Deinde aspice statum Martis à ductoria planetæ triplicitatis Lunæ, & secundū qualitātē de statu matris iudica. Præterea aspice partem matrum & Lunā, et quæ illorum fuerit Hyleg uitæ, et facias Athazir cum illa ad fortunas et infortunas. Nam quotienscunq̄ infortuna ibi alligauerit, matrē nati impediēt. Et si Luna aut pars matrum non fuerit Hyleg, et uolueris scire locum à quo facias Athazir pro matre, fac ipsum à gradu Lunæ. Et cū peruenerit ad infortuna, cadet mors in matrē. Similiter Athazir pro matre facias à medio cœli ad infortunas dando cuiuslibet signi annum unum, & cum infortunæ alligauerit, iudica pro ut uidebis. Et si in festinatione mortis matris uel patris secundum Dorochium iudicabis per luminare, quòd Venus sub terra iudicabit, postea uitam matris, et eius statum tam natiuitate diurna quàm

## A L B V B A T E R

quàm nocturna, ex dominis triplicitatis loci Lunæ perpendere poteris : Nam primus triplicitatis dominus significat uitæ principium , secundus medium, tertius ultimum uitæ terminum . Deinde in grauedinem moris matris, uel eius leuitatem inspicias, à Venere & eius domino , à Luna & eius domino, à parte matrum et eius domino. nam quando hæc ab infortuna impedita fuerint, malam mortem significant . Ptolomæus uero dixit, quòd in statu patrum primo inspicere debemus, in natiuitate diurna, à Sole & eius domino, à medio cœli , & eius domino . Et in natiuitate nocturna, à Saturno & eius domino, deinde à Sole & eius domino , & postea à quarta domo, et quærere almuten super hæc loca , nam ille erit significator uitæ patris : quo inuento, facias Athazir, aspiciendo Solem in natiuitate diurna, si fuerit in ascendente uel medio cœli, aut in undecima, nona uel secunda domo, & aspexerit ipsum aliquis ex planetis, qui in loco Solis aliquam dignitatem habuerit. Et si Sol non fuerit in aliquo locorū prædictorum, aspice ad Saturnum, discurrendo per dicta loca , et q̄ aliquis planeta habens ibi dignitatem eum aspiciat, tunc facies ab eo Athazir ad radios fortunarum & infortunarum . Et si in dictis locis Saturnus nō fuerit, facias Athazir à gradu mediæ cœli, & post diuide illud quod significat in annis suis, donec ueniat de medio cœli ad illud in quo ueniet Alcocoden, & cum fuerit æqualis, pater illo anno morietur. In natiuitate uero nocturna incipies à Saturno, si fuerit in aliquo horum septem locorum, uidelicet in septima domo, undecima, decima, nona, quinta, quarta uel tertia & si non fuerit in aliquo horum septem locorum, & Sol fuerit in ascendente, tertia, quarta, quinta, uel septima , uidelicet à gradu ascendente usq̄ ad 5 grad, sub terra exsistentes, tunc facies Athazir à Sole. Et si Sol non fuerit in aliquo dictorum locorum, tunc facies Athazir ex gradu domus patrum licet planeta habens ibi dignitatem eum aspiciat uel non. Postea uide quod exierit de annis Athazir, & si cum annis Alcocoden æquale fuerit uel circa, pater illo anno morietur. Dorotheus uero dixit, quòd in natiuitate diurna aspiciere debemus ad Solem, & in nocturna ad Saturnum, et in utraq̄, ad partem patrū et eius dominum. Cum ergo Sol natiuitate diurna existente in aliquo angulorum uel succedentium fuerit, & aliquis ex planetis habens in loco Solis dignitatem, et præcipue domum, exaltationem, triplicitatem uel terminum, fac ipsum Hyleg & planetam ipsum aspicientē Alcocoden. Et si Sol non sit aptus ut sit Hyleg, aspice Saturnum, & si ipsum in aliquo angulorum uel succedentium inuenies, et aliquis ex planetis in loco suo dignitatem aliquam habens, ipsum aspexerit, Saturnus erit Hyleg, et planeta ipsum aspiciens Alcocoden, Deinde facias Athazir ab eo loco occasionis. Et si acciderit quòd Saturnus sit cadens, accipe partem patrum, quæ si fuerit in aliquo angulorum uel succedentium et aspexerit eū aliquis planeta, habens in loco suo dignitatem, dicta pars erit Hyleg, & planeta aspiciens Alcocoden. Fac ergo Athazir ab ea ad fortunas uel infortunas, et si dicta pars non sit apta ut sit Hyleg, accipe grad. 4 domus. Et sciendum est

dum  
 le, po  
 uero  
 na, de  
 mus.  
 Vener  
 ditor  
 facit A  
 Quod  
 quand  
 nimal  
 annos  
 annos  
 unis l  
 minore  
 tem ar  
 nuet d  
 fuerit.  
 frus, in  
 Sed V  
 primo  
 eius d  
 secun  
 ro asp  
 domi  
 dum h  
 muten  
 dignita  
 no term  
 res hab  
  
 Scien  
 Spatu  
 mior  
 e patris fr  
 go signifi  
 um. Et  
 & quod d  
 ur, nec er  
 uitates ill

## DE NATIUITATIBVS.

dum est, quòd in nocte incipere debemus pro patre à Saturno, deinde à Sole, postea à parte patrum, et tandem à gradu quartæ domus. Pro matre uero in natiuitate nocturna, primo incipere debemus à Venere, postea à Luna, deinde à Venere, postea à parte matrum, et tandem à gradu decimæ domus. Ptolomæus tamē tam in natiuitate diurna quàm nocturna, incipit à Venere & eius domino, postea à Luna & eius domino, & accipit Almuten dictorum locorum, & ponit ipsum Alcocoden. Sed in natiuitate diurna facit Athazir à Venere ad loca occasionis: et in natiuitate diurna à Luna. Quòd si Luna fuerit Hyleg, significat uitam patris, & nati uitam, ita quòd aliquando contingit, quòd pater & natus una hora moriuntur. Sed si natus fuerit malæ uitæ, id est si Sol fuerit Hyleg, & debilis ac impeditus fuerit, dabit annos suos minores, nisi in propria natiuitate patris fuerit fortis, quia tunc annos suos medios confert. Et si retrogradus fuerit, ac in angulo ab infortunis liber, & retrogradatio eius oppositionē Solis transierit, annos suos minores dabit. Et si in succedenti retrogradus fuerit, minuet tertiam partem annorum suorum minorum. Et si in cadenti retrogradus fuerit, minuet duas tertias eorum. Et si retrogradus & combustus, aut infortunatus fuerit, conuertet annos suos minores in menses. Et si retrogradus, combustus, infortunatus, ac in casu suo fuerit, pater hora natiuitatis morietur. Sed Vbelides dictum generale & abbreviatum protulit dicens: Aspice primo pro patre domum quartam & eius dominum, partem patrum & eius dominum, Saturnum & Solem, & scias Almutē super hæc loca, nam secundum fortitudinem & debilitatem eius, erit uita patris. Pro matre uero aspicias decimam domum, & eius dominum, partem matrum & eius dominum, Lunam ac Venerem, & accipe Almuten super hæc loca, & secundum huius statum de uita matris iudica. Dixit Alambes quòd inuenerat Almuten secundum quod dixerat Vbelides, dando domino domus quinq; dignitates, domino exaltationis quatuor, domino triplicitatis tres, domino termini duas, ac domino faciei unam, & planeta qui in dictis locis plures habuerit dignitates, erit Almuten.

### Capitulum in quinta do mo .

**S**Ciendum est, quòd natiuitates aliquando reuersæ sunt ad natiuitates patrum, & quòd significatio quam habebat filius in natiuitate est firmitior propriæ natiuitatis, quàm significatio filij. Quando in natiuitate patris fuerit infortuna, filius erit laboriosus, & eius uita similiter, non ergo significabit, licet multi sint, nisi quòd in natiuitate patris fuerit significatum. Et si in natiuitatibus filiorum alicui fortuna erit pauca & debilis, & quòd de illa habebit, non erit quòd filius ille super fratres suos eleuabitur, nec erit inter ipsos maximus. Similiter natiuitates parentum ad natiuitates illorum suæ fidei reuertuntur. Et natiuitates illorum suæ fidei reuertuntur.



## A L B V B A T E R

uertuntur ad illam speciem, quæ habet maiorem uim in specie natī. Et sapientes aspiciunt in rebus filiorum à rebus multis, uidelicet à quinta domo & eius domino, à parte filiorum & eius domino, à Ioue & dominis triplicitatis suæ, à Mercurio & Venere, nec non à planeta in domo filiorum existente. Quando ergo scire uolueris modum natī in filijs, aspice planetam, qui habet uim in dictis locis, & qui eorum testimonia coniungit. Et si inuenias ipsum alligantem cum domino ascendente, uel cum planeta in ascendente magnum dominium habente, iudica nato quod habebit filios, & eorum modus erit secundum fortitudinem, debilitatem, casum, electionem, fortunam & infortunium illius planetæ. Quando Iupiter, Venus, & Mercurius in natiuitate sani & fortes fuerint, natus filios multos habebit, ac multitudinem eorum & diuitias uidebit. Cum Saturnus Iouem trino aspectu aspexerit, natus filios habebit. Quando Saturnus in medio cœli directus fuerit, & Iupiter sine infortunarum aspectu aspexerit, natus filios multos habebit. Quando primus & secundus triplicitatis domini fortes, & à combustione & infortunis liberi fuerint, natus filios habebit, & cum ipsis gaudebit. Quando Luna & Mercurius in medio cœli fuerint, natus filios habebit, necnon bonum & gaudium cum ipsis. Et si Luna & Mercurius in quinta domo fuerint, & dominus eorum fortis, & ab omni impedimento ac infortunis liber, natus multos habebit filios. Quando Iuppiter in ascendente fuerit, & Mars in occidente, natus filios habebit, & uiuet cū eis in honore atque bono. Quando in medio cœli signum multorum filiorum fuerit, & in ipso planeta habens significatorem super his, sicut Iupiter, Venus, & Mercurius, natus erit multorum filiorum. Quando Iupiter in ascendente fuerit, & Mercurius in occidente, natus multos habebit filios bonos ac iustos, ac læticiam cū eis. Quando pars filiorum in aliquo angulorū, uel in bono loco ab ascendente fuerit, natus filios multos habebit. Quando signū quintæ domus fortunatum fuerit, ac dominus eius in angulo, & fortuna ipsum aspexerit, natus erit multorum filiorum. Quando Mercurius in ascendente fuerit, & Luna in occidente, & fortunæ ipsos aspexerint, & infortunæ cadentes, natus filios habebit & cū eis gaudebit. Quando Mars in natiuitate nocturna in medio cœli fuerit, & fortunæ ipsum aspexerint, natus multitudinem filiorum uidebit, & cū eis gaudium habebit. Quando significatores filiorū, uel planeta qui testimonia coniungit, in ascendente, uel medio cœli, aut in domo fiduciæ fuerit, natus in iuuetute sua filios habebit. Et si in secunda, octaua, uel septima domo fuerint, natus in senectute, aut circa finem uitæ filios habebit. Quando planeta filiorum in signo quarto & gradu masculinis fuerit, filios significat, si in foemininis filias.

**De natis filijs carentibus, aut paucos  
filios habentibus, Cap. CLXIII.**

Quando

## D E N A T I V I T A T I B V S .

**Q**uando Iupiter uel Sol in septima domo fuerit, natus erit sine liberis, aut paucos habebit. Quando dominus domus filiorum in signo sterili, aut pauca proles fuerit, natus filijs carebit, aut paucam prolem habebit, praesertim si ille dominus impeditus uel infortunatus fuerit. Quando Venus cum Saturno fuerit, diminutionem filiorum portendit, & quod ipsi erunt mali. Quando Iupiter Saturnum malo aspectu aspexerit, & cum altera infortuna fuerit, natus erit pauca proles. Quando infortuna in quinta domo fuerit, & dominus eius combustione uel descensione, aut coniunctione, uel malo aspectu infortunae impeditus, natus filijs carebit, aut paucos habebit. Quando Luna in ariete uel libra fuerit, natus filijs carebit. Quando pars filiorum infortunata fuerit, natus erit pauca proles, aut nullius. Quando Saturnus Venerem appposito aspectu aspexerit, natus filijs carebit, & fama eius sepelietur. Quando Iupiter, Venus & Mercurius in malis locis fuerint, & infortunae dominum super eos habuerint, natus erit paucorum filiorum, aut ei morientur, & tristitiam aut impedimentum incurret. Quando dominus domus filiorum in signo tertio ab angulis fuerit, & infortunae aspexerint, natus erit paucorum filiorum, & si quos habuerit morientur. Quando Saturnus in ascendente fuerit, & Venus in occidente, & Iupiter Saturnum non aspexerit, natus erit pauca proles, aut nullius. Quando dominus triplicitatis Iouis in tertio signo ab angulis combustus fuerit, natus erit sine liberis. Quando pars filiorum in sexta uel duodecima domo fuerit, natus filijs carebit. Quando Saturnus cum parte filiorum fuerit, natus paucos filios, aut nullos habebit.

### De numero filiorum. Cap. CLXIII.

**D**ixit Dorochius in libro quinto: Aspice dominos triplicitatis Iouis & si in uno signo fuerint, computa ab illis usque ad ascendens, & numerus signorum inter eos existentium, erit numerus filiorum. Aspiciunt alij sapientes primum & secundum triplicitatis Iouis dominum, & a fortiori & magis fortunato, & in meliori loco existenti computa, & quot signa inter ipsum & ascendens fuerint, tot natus filios habebit. Et si inter dicta signa sit aliquod signum commune, da eis duos filios. Dixit Alendefgot: computa a loco domini partem filiorum usque ad dictam partem, & quot signa inter eos fuerint, tot natus filios habebit. Vel sic: aspice planetam, qui dominum domus filiorum aspicit, & secundum numerum signorum inter eos existentium erit numerus filiorum, dando cuilibet signo communi, si ibi fuerint, duos filios. Et quicumque ex planetis dominum filiorum ex signo & quarta masculinis aspexerit, filios denuntiat, ex signo & quarta foemininis, filias.

De hora uel tempore quo natus filios habebit. Cap. CLXV.

**Q**uando annus uel reuolutio ad Iouem uel partem filiorum peruenit, & ascendenti uel domui filiorum, aut alicui angulorum, uel alligatio partis filiorum aut alligatio partis filiorum radiorum suorum cum Ioue fuerit, seu alligatio Iouis cum parte filiorum ad domum quintam, siue ad ascendens uel duodenariam Iouis, natus illa hora, anno uel tempore filios habebit.

De læticia nati cum filijs. Cap. CLXVI.

**Q**uando Saturnus in natiuitate diurna, Venerem trino aspectu cum receptione aspexerit, natus ex filijs lætabitur, & causa eorum bonum & fortunam habebit. Quando Iupiter Venerem trino aspectu aspexerit, natus bonum & gaudiū ex filijs consequetur. Quando Iupiter in medio cœli fuerit, natus similiter bonum & fortunam occasione filiorum habebit. Quando Venus in ascendente fuerit, & Iupiter in occidente, natus habebit filios cum quibus gaudebit, & uitam lætam ducet. Quando pars filiorum in ascendente fuerit, et dominus eius ab infortunis liber, fortis ac fortunatus extiterit, natus filios honorantes ipsum habebit, & illorum occasione fortunam & eleuationem consequetur.

De labore nati cum filio uel filijs. Cap. CLXVII.

**Q**uando Saturnus in sua triplicitate fuerit, & Mars ipsum trino aspectu aspexerit, natus cum filijs laborabit, & tristitia ac cogitatio multiplicabitur. Quando Saturnus in opposito Martis fuerit, natus cum filijs non gaudebit, sed cogitationes eius multiplicabuntur. Quando Saturnus in natiuitate nocturna in angulo occidentali fuerit, natus cum filijs suis laborabit. Quando Saturnus in domo Veneris fuerit, natus occasione filiorum cogitationes & casum incurret. Quando Saturnus in ascendente fuerit, & Luna in occidente & infortuna sine aspectu fortunæ ipsum aspexerit, natus erit pauci gaudij cum uxore & filijs, ac per totam uitam suam cum illis laboriosus. Quando Venus in ascendente fuerit, & Saturnus in occidente, natus occasione filiorum dolebit. Quando aliquis planetarum partem filiorum non aspexerit, nec cum ea iunctus fuerit, cum filijs erit tristis, et eius primus filius cito morietur, & forte abortietur, multiplicabitque malum & tristitia nato cum illis. Quando infortuna parti filiorum iuncta, aut in eius malo aspectu extiterit, natus paucos habebit filios, & cum eis gaudiū

## DE NATIVITATIBVS:

gaudium modicum. Quando pars filiorum in septima domo fuerit, filij patrem odibunt et ei malum facient. Quando dominus quintæ domus in duodecima domo fuerit, & dominus duodecimæ domus in quinta natus impedimentum occasione filiorum habebit, ac de eis uidebit, quod ei non placebit. Quando dominus quintæ & undecimæ domus, & pars fortunæ in secunda domo fuerit, natus filios alienos nutriet, & idem iudica, si dominus quintæ domus in secunda domo, & dñs secundæ in quinta fuerit. Quando Venus et Mercurius in quarta domo fuerit, & signum quartæ domus exaltatio uel domus Iouis fuerit, natus filios magnatū aut aliquorum principum nutriet.

### De fortuna filiorum nati. Cap. CLXVII.

**Q**uando Iupiter in ascendente ac in aliqua dignitatum suarum fuerit natus filios altos & famosos habebit, ita quod pauci erunt in uilla nobiliores. Quando pars filiorum in ascendente fuerit, filij nati bonum & honorem habebunt, & natus occasione eorum honorabitur. Quando pars filiorum in secunda domo fortis fuerit, & aliquā dignitatem in ea habuerit, filij nati cum regibus & altis uiris noticiam habebunt, eritq; fama magna de eo in partibus suis, præsertim si dominus dictæ partis fortuna fuerit, ac ab infortunis liber. Quando pars filiorum in tertia domo fortis ac fortunata fuerit, uita filiorum nati erit pulchra. Quando pars filiorum in quarta domo fuerit, & fortunæ eam aspexerint, & infortunæ ab ea cadentes extiterint, filij nati pecuniam auorum & substantiam possidebunt, & inde famam & altitudinem consequentur. Quando pars filiorum in quinta domo fuerit, & Iupiter ac Venus ipsam aspexerint, aut cum ea iuncti fuerint, filij nati fortunam & famam habebunt, eruntq; in progenie sua nominati. Quando pars filiorum in sexta domo ac in aspectu fortunarum fuerit, filij nati substantiā ex ancillis, feruis uel bestiis consequentur, aut ipsi erunt hominum uel bestiarum medici. Quando pars filiorum in octaua domo fortunata fuerit, filij nati pecuniam eius hæreditabunt. Quando pars filiorum in nona domo fuerit, & dominus eius liber ab infortunis, natus filios bonos, simplices ac religiosos habebit. Quando planeta testimonia filiorum coniungens in aliqua dignitatum suarum fuerit, necnon fortis ac fortunatus, & infortunæ ab ipso cadentes, filij nati erunt famosi & diuites. Quando significator filiorum in bono loco fuerit, & dominus ascendentis in decima domo infortunatus, filij nati erunt ipso nato nobiliores, sibi tamen semper obedient. Aspice etiam ad partem masculinorum & sceminorum, & secundum eorum fortitudinem & debilitatum, de eleuatione et fortitudine filiorum iudica.

## De labore filiorum nati. Cap. CLXIX.

**Q**Vando Mars et Venus cū Luna fuerint, aut eam aspexerint, filius nati laborem, stulticiam & turpitudinem incurret. Quando Mars in ascendente fuerit, & Luna in occidente, natus filios turpes et tristes habebit. Quando Iupiter & Saturnus in ascendente fuerint, & Mars, Venus & Mercurius in medio cœli, natus filios turpes habebit. Quando pars filiorum in quarta domo fuerit, quæ est dominus inimicitiae filiorum, filij nati erunt in labore, ac multorum inimicorum. Et si dominus partis filiorum cum hoc à Marte infortunatū fuerit, filij nati multas cogitationes habebūt necnon carceres et res quæ nolent incurrant. Quando dominus partis filiorum in sexta domo infortunatus fuerit, natus filios cronica ægritudine ægrotantes habebit, & quæ in paupertate ac indigentia uiuent. Quando pars filiorum in decima domo infortunata fuerit, natus filios pessimos habebit, & nutriet eos turpiter & fornicarie, faciētq; facta mala, ac de eis male loquetur. Quando dominus partis filiorū infortunatus fuerit, filij nati serui aut opera seruorum facient. Quando pars filiorum in undecima domo fuerit, filij nati erunt adinuicem inimici, ac malorum morum. Et si dicta pars infortunata ac impedita fuerit, erūt fornicatores. Quando dominus quintæ domus, & dominus partis filiorum suorum sub radijs Solis fuerint, natus filios abscondos, uel ex adulterio habebit. Quando Saturnus & Mars, Lunam trino aspectu aspexerint, natus filios suos emet, nec quod sine filij sui, confitebitur. Quando Almuten uel significator filiorum infortunatus, ac in malo loco existēs, peregrinus et in descensione sua fuerit, casum & laborem, necnon egestatem filiorum portendit.

## De morte filiorum. Cap. CLXX.

**Q**Vando Saturnus & Mars in domo filiorum fuerit, aut ipsa malo aspectu aspexerit, filij nati morientur. Quando dominus undecimæ domus in quinta domo fuerit, & dominus partis fortunæ in octaua, omnes filij nati morientur. Quando Sol alicuius infortunæ iunctus fuerit, filij nati ante ipsum morientur, & nō remanebit ei unus. Quando Sol, Saturnus & Mercurius, Lunam ex medio cœli aspexerint, nati morientur. Quando Mars Iouē opposito aspectu aspexerit, filij nati occidētur, aut mala morte peribunt. Quando Saturnus in opposito Iouis aspectu fuerit, maior pars filiorum nati morietur. Quando Mercurius in ascendente fuerit, & Saturnus in occidente, filij nati parum uiuent. Quando dominus domus filiorum et pars filiorum in octaua domo fuerint, filij nati ante ipsum morientur. Quando Mars & Mercurius in occidente uel medio cœli fuerint, natus mortem filiorum suorum uidebit. Quando Iupiter in quarta

## DE NATIVITATIBVS.

quarta uel septima domo fuerit, alicui infortunæ per coniunctionē uel malum aspectum applicuerit, & combustus uel descendens fuerit, mortē filiorum portendit. Quando infortunæ domino domus filiorum coniunctæ fuerint, aut eum malo aspectu aspexerint, mortem filiorum & abscissionem famæ illorum significat. Quando dominus domus filiorum domino octauæ domus alligauerit, filij nati morientur, & fama eius abscindetur. Quando domini triplicitatis Iouis combusti uel descendentes fuerint, aut in coniunctione uel malo infortunarum aspectu extiterint, mortem filiorum nati indicant. Quando Venus à fortunis cadens fuerit, & infortunæ ipsam aspexerint, filij nati morientur. Quando pars filiorum in domo Saturni fuerit, et infortunæ ipsam aspexerint, mortem magnæ partis filiorum nati prænunciat.

### Capitulum in sexta domo.

**A** Spice sextam domum & eius dominum, necnon dominum triplicitatis secundæ domus & Mercuriū, & partem seruorum & eius dominum, & uide quis planeta super his locis sit Almuten. Nam si inter dictum Almuten, & Almuten nati fuerit alligatio, natus seruos habebit, alioquin non, et secundum qualitatem horum Almuten de seruis, et eorum statu erga natum, & nati ergo seruos iudicabis. Et iam de significationibus huius domus sufficienter in præcedentibus determinauimus.

### Capitulum in septima domo.

**A** Spice pro coniugio & eius statu à septima domo, & eius domino à Venere & Luna à parte coniugij et eius domino, necnon à planeta in domo septima existente. Nam cum planeta, qui in dictis locis plura testimonia habuerit in angulo uel succedenti existēs liber ab infortunis & retrogradatione et combustione fuerit, et domino ascendentis applicuerit, natus bonum et laudabile coniugium assequetur. Et si dictus planeta aut domini triplicitatū dictorum locorum debiles ac impediti et infortunati fuerint, impedimentū coniugij et eius imperfectionem, necnon grauedinem et tristitiam portendunt. Quod si Venus à Marte infortunata fuerit, fornicationem significat. Et si Venus in signo masculino fuerit, natus erit publicus fornicator uel sodomita. Et si Venus in natiuitate mulierū à Marte infortunata fuerit, ac in signo masculino, nata erit meretrix. Et si in signo masculino fuerit, erit sodomita. Quando Venus in Saturno fuerit, natus erit mali coitus atq; filiorū absconfor. Et si uxore acceperit, erit uetula aut ancilla. Quando Venus Venere iuncta fuerit, bonitatem coitus necnon gaudium & fortunam in coniugio decernet.

De natis uxore carentibus. Cap. CLXXI

**Q**uando planeta qui testimonia planetarum coniugium significanti  
um planetæ habenti multa testimonia et partem in natiuitate non  
alligauerit, natus coniugiū non faciet. Quādo pars cōiugij in malo  
loco fuerit, et Venus in signo & 4. masculinis, natus uxore carebit. Quan  
do domini triplicitatis Veneris, Venerem, nec medium cœli aspexerint,  
natus uxorem non habebit. Quando domini triplicitatis Veneris, & maxi  
me primus in termino infortunarum fuerit, aut in quarta domo peregri  
nus ac infortunatus, natus mulieres non appetet, nec uxorem accipiet.  
Quando Venus infortunata existens Lunam aspexerit, & non ascendens  
& Saturnus peregrinus ab aspectu Iouis cadens fuerit, natus uxore care  
bit. Quando pars coniugij in duodecima domo fuerit, & infortunæ ipsam  
sine fortunarum aspectu aspexerint, & dominus eius eam nō aspexerit, sed  
sit combustus uel ascendens aut ab aliqua infortunarum impeditus, na  
tus erit sine uxore et semen eius impeditum.

De coniugio uenustatis et bonarum mulie  
rum. Cap. CLXXII.

**Q**uando dominus septimæ domus in septima domo fuerit, natus u  
xorem honestam & simplicem accipiet. Quando Iupiter, Venus &  
& Mercurius in septima domo fuerint, natus uxorem pulchram &  
notabilem habebit, nec non occasione eius bonum et læticiam. Quando  
dominus septimæ domus in nona fuerit, natus uxorem extraneam, bo  
nam tamen ac religiosam accipiet. Et si in aliqua dignitatum suarum  
existens fortunæ ipsum aspexerint, et infortunæ ab eo cadentes fuerint, na  
tus erit bonus ac famosus, uxoremque nobilem accipiet. Quando Ve  
nus in medio cœli fuerit, et fortuna ipsam sine infortunæ aspectu aspexerit,  
natus uxores nobiles accipiet. Quando dominus domus Solis sine com  
bustione existens in septima domo, et in domo sua fuerit, et fortunæ ex an  
gulis uel succedentibus ipsum aspexerint, natus uxores pulchras et corpo  
re magnas habebit, Et si Iupiter ibi aspexerit, erūt nobiles, et honestæ. Quan  
do pars coniugij in tertia domo fortis et fortunata fuerit, et dominus eius  
ab infortunis liber, natus uxorem extraneam accipiet et occasione eius bo  
num et profectum habebit. Quando pars coniugij in decima domo et ab  
infortunis libera fuerit, natus uxorem bonam, famosam et honestam acci  
piet. Et si dominus dictæ partis in decima domo fortunatus fuerit, erit u  
xor nati filia magnorum ac uirorum sublimium. Quando pars coniu  
gij in quinta domo ab infortunis libera ac fortunata fuerit, natus uxorem  
de suis

## DE NATIVITATIBVS.

de suis propinquis accipiet, quæ bonum modum & pulchrum ac in sua progenie habebit diuicias, eritq; nato iunior et in uita sua delicata. Quando Iupiter Lunam trino uel quadrato aspectu aspexerit, et Venus in octaua uel 12. domo fuerit, natus uxorem de bona progenie accipiet, et mortem eius uidebit. Quando Iupiter dominus partis coniugij existens in septima domo fuerit, natus uxorem cum læticia accipiet, et erit ebriosus. Et si Mercurius loco Iouis fuerit, coniugium erit in risu et astutia.

### De coniugio prauarum mulierum & meretricum. Cap. CLXXIII.

**Q**uando Mercurius cum Venere in angulo quarto fuerit, et Mars ipsos aspexerit, natus uxorem malam et maleficam habebit. Et si Venus in angulo existens in Cancro uel Capricorno fuerit, natus uxorem meretricem et malã accipiet. Quando Venus in angulo terræ et in Aquario fuerit, et Luna ipsam malo aspectu aspexerit, natus uxorem meretricem accipiet. Quando Venus in sexta domo fuerit, natus cum meretrice iacebit, et causa mulierum malum ac tristitiã habebit. Quando Venus in duodecima domo fuerit, natus uxorem malam et inferiorem se accipiet. Quando Mercurius in 7. domo fuerit, natus uxorem maleficam habebit. Quando Sol in septima domo fuerit, uxor nati erit sibi inobediens, adultera, non curans utrum bene dicatur de ea, ac multa loca circuibit. Quando dominus septimæ domus dominum octauæ aspexerit, natus uxorem sine radice accipiet, præsertim si signum septimæ domus fixum fuerit et commune, duas uxores habebit. Et si nobiles, plures. Quando caput Draconis cum Saturno & Mercurio in septima domo fuerit, natus uxorem uiduam, aut quæ plures uiros habuerit, accipiet. Quando pars coniugij in loco uituperabili fuerit, natus uxorem infamiam uel maculam, aut ægritudinem inseparabilem habentem accipiet.

### De matrimonio nati cum uetulis, turpibus & sterilibus. Cap. CLXXIII.

**Q**uando Capricornus signum septimæ domus fuerit, et Saturnus et Mars in eo, aut ipsum aspexerit, natus uxorem annosam, pulchram tamẽ ac diuitem accipiet. Quando domini triplicitatis Veneris ante angulos infortunati fuerint, aut combusti uel impediti, grauedinem matrimonij et tristitiã significant, et quod natus uxorem uetulam uel ancillam, aut peccatricem accipiet, et erit circa eam pauci amoris. Quando Venus cum Saturno in termino suo fuerit, uel Saturnus ipsam aspexerit, natus uxorem uetulam, corruptam, et aliquam deformitatem apparenter habentem



habentem accipiet. Quando Iuppiter aut Venus sub radijs Solis, in signo sterili fuerit, natus uxorem uetulam habebit. Quando Saturnus dominus partis coniugij existens, in septima domo fuerit, natus uxorem annosam accipiet. Quando Saturnus dominus septimæ domus fuerit, natus uxore de sua pgenie accipiet. Quando aliquis de duobus superioribus planetis in angulo occidentali fuerit, ac testimoniū in coniugio habuerit, natus uetulas & steriles accipiet, præsertim si dictus planeta in 7. domo existens occidentalis fuerit. Quando Saturnus testimonia planetarū coniugij coniunxerit, & occidentalis fuerit, coniugiū uetularum ac steriliū significat.

De coniugio nati cum ancillis. Cap. CLXXV.

**Q**uando Venus in duodecima domo fuerit, & Saturnus ac Mars ipsam aspexerint, natus uxores ancillas, uel meretrices accipiet. Quando dñs ascendens in duodecima domo fuerit, natus uxore ancillam uel meretricem habebit. Quando dñs secundæ domus in occidente fuerit, natus uxore ancillam accipiet. Quando pars coniugij in secunda domo fuerit, & eius dominus ab infortunis liber, dignitatem aliquam in loco suo habuerit, natus cū ancillis nobiliū iacebit, & diuitias inde habebit. Quando pars coniugij in sexta domo infortunata fuerit, natus cum ancillis & captiuis iacebit. Quando dñs septimæ domus in duodecima domo fuerit, & dñs duodecimæ in septima, natus ancillam in uxore habebit et accipiet. Quando Saturnus cū Venere in eius domo, ac in ascendente fuerit, natus cum muliere ancilla atq; mala copulabitur. Quando Venus in domo sua existens, cū Saturno in ascendente fuerit, natus cum multis uel ancillis aut cū mulieribus foedis ac uilibus copulabitur. Quando Saturnus in angulo occidentali uel medio cœli, necnō in leone, capricorno, uel aquario fuerit, & Iupiter aut Luna ipsum nō aspexerit, natus ancillam uel meretricem ducet in uxore. Quando Mars ibidem aspexerit, natus ppter hoc detrimentū incurret. Quando Venus in domo Mercurij fuerit, natus uxorem ancillam, aut uilis progeniei accipiet. Quando Venus in domo Lunæ fuerit, natus cum meretricibus & ancillis iacebit.

De natis contra legem nubentibus, aut mulieribus prohibitis iacētibus. Cap. CLXXVI.

**Q**uando Venus & Mercurius in ascendente existētes, & Saturnus aut Venus dñs ascendens fuerit, natus cum sororibus aut filiabus iacebit. Idem iudica, si Venus & Saturnus in ascendente fuerint, et Venus eorum dñs ascendens extiterit. Quando signū tertiæ domus fuerit aries uel scorpio, & Venus ac Mars ipsum aspexerint, natus cum uxoribus fratrum aut amicorum suorū iacebit. Quando pars coniugij in tertia domo fuerit,

## D E N A T I V I T A T I B V S .

fuerit natus aliquā ex cōsanguineis suis in uxore accipiet, aut cum uxori-  
 bus, uel fratrum sororibus, aut à lege prohibitis iacebit. Et si dicta pars ibi  
 dē fortunata fuerit, natus cū proprijs filiabus iacebit. Quādo pars cōiugij  
 in quarta domo infortunata fuerit, natus cum matre, uel auia, aut cū patris  
 amasia iacebit. Quādo pars cōiugij cū infortuna iuncta fuerit, & Luna in  
 septima domo extiterit, aut ibi aspexerit, natus cū matertera, id est, cū foro-  
 ra matris suæ iacebit. Quando pars coniugij in quinta domo infortuna-  
 iacebit. Et similiter quando pars filiorum in septima domo fuerit, natus  
 cum aliqua, quæ erit ei tanquam filia iacebit. Quando Luna partē coniu-  
 gij aspexerit, & dominus dictæ partis cū ea fuerit, natus cū materteris, aut  
 propinquis matris iacebit. Quando Mars sine aspectu Iouis aspexerit, fa-  
 ctum eius reuelabitur, & propter hoc diffamabitur. Quando Sol in do-  
 mo Iouis fuerit, natus cum uxore filij, aut cum fratrum uel propinquo-  
 rum suorum sororibus fornicabitur. Quando Venus in domo Saturni  
 & maxime in capricorno fuerit, cum amasijs patris, aut fratrum suorum,  
 uel cum matre sua fornicabitur. Quando Luna in domo Veneris cum  
 Marte fuerit, & pars coniugij in quadrato uel opposito eorum aspectu,  
 natus cum amasijs patris, uel fratrum suorum iacebit. Quando Sol in  
 termino Veneris fuerit, natus mulierem ancillam, uel prohibitam accipi-  
 et. Quando Venus in domo uel exaltatione Lunæ fuerit, natus con-  
 sanguineam suam in uxorem accipiet. Et ita dic si Venus in domo uel  
 exaltatione sua fuerit. Quando Luna in septima domo, ac in signo foe-  
 minino fuerit, & Venus ac Sol eam malo aspectu aspexerint, natus du-  
 as uxores simul habebit.

### De fortuna nati circa mulieres. Cap. CLXXVII.

**Q**uando Mercurius in ascendente ac in signo foeminino maxime in  
 Virgine existens ab infortunis liber fuerit, natus ex mulieribus bo-  
 nū et utilitatē habebit, et ita dic si pars fortunæ in tertia domo cū  
 Venere, ac in eius facie iuncta fuerit. Quando Venus in aliqua dignitatū  
 suarum natiuitate nocturna existente in tertia domo fuerit, & partem  
 fortunæ trino aspectu aspexerit, natus uxorem accipiet, et erit pecuniæ u-  
 xoris dominus, et occasione eius bonum habebit. Quando Venus in quar-  
 ta domo ac in signo fixo existens, et Iupiter eam bono aspectu aspexerit, &  
 infortunæ ab ea cadentes fuerint, natus causa mulierum fortunam & diui-  
 cias cōsequetur. Quādo dñs 7 domus in 5 domo fortis ac fortunat9 fuerit,  
 natus cū mulieribus pfectū habebit. Quādo Venus in 5 domo, quæ est do-  
 mus gaudij sui fortunata fuerit, natus occasione mulierū bonū conseque-  
 tur, & cum eis gaudebit. Quando Venus in Tauro ac in angulo occi-  
 dentali fortunata, & à malis libera fuerit, natus erit boni coniugij,  
r 2 & cum

## A L B V B A T E R

& cum uxore sua gaudebit. Quando Mercurius in septima domo natiuitate nocturna existente fortunatus fuerit, natus cum mulieribus gaudebit ac bonum et profectum ab eis habebit. Quando Venus in nona domo cum Ioue iuncta fuerit, ac in eius trino aspectu, natus erit in coniugio fortunatus, & occasione mulierum dominium et diuicias atq; famam habebit.

Quando caput Draconis, Venus et Mercurius in undecima domo fuerint fortuna nati occasione mulierum perueniet. Quando pars coniugij in 7. domo fuerit, natus mulierem quam dilexit in uxorem accipiet. Et si dñs dictae partis fortunatus fuerit, natus cum ea bonum et gaudium habebit. Quando pars fortunae in septima domo à Ioui fortunata fuerit, et infortunae ab ipsa cadentes, natus in coniugio fortunatus erit, et profectum ac honorem ab uxore habebit. Quando Venus in eius domo ab infortunis libera fuerit, natus ex mulieribus bonum et fortunam consequetur, et cum illis gaudens erit. Quando Venus in domo Iouis ab infortunis libera fuerit, honor nati occasione mulierum proueniet, et cum eis fortunatus erit.

### De infortuna nati circa mulieres. Cap. CLXXVIII.

**Q**uando Venus in duodecima domo fuerit, natus malam uxorem habebit, & occasione eius tristitiam & detrimentum, ac malum multum patietur. Quando Venus, natiuitate diurna existente, in secunda domo fuerit, & infortunae eam aspexerint, natus malum, tristitiam, et detrimentum occasione mulierum consequetur. Quando Venus natiuitate nocturna existente, in aliqua dignitatum suarum, ac in tertia domo fuerit, & Saturnus ac Mars cum ea iuncti fuerint, aut ipsam malo aspectu aspexerint, natus non poterit cum sola muliere stare, & inde malum, tristitiam, & detrimentum habebit, maxime si Venus in signo mobili fuerit. Quando Venus in angulo terrae fuerit, & infortunae ipsam aspexerint, natus erit mali coitus, & parum cum mulieribus gaudebit. Quando Luna lumine completa, Martij in domo Veneris, aut in sexta domo iuncta fuerit, natus occasione mulierum malum & tristitiam ac laborem incurret. Quando Venus in nona domo, ac in aliqua dignitatum suarum fuerit, & infortunae ipsam aspexerint, natus malum, & tristitiam atq; dolorem occasione mulierum consequetur, & uxorem se inferiorē accipiet. Quando pars coniugij in septima domo impedita ac infortunata fuerit, natus malum ac detrimentum ex parte mulierum patietur. Quando pars coniugij in nona domo infortunata fuerit, mulieres natum non petent, sed eum odio habebunt, ac malum & dolorem ab eis habebit. Quando pars fortunae coniugij in duodecima domo infortunata fuerit, natus cum mulieribus aut uxoribus laborabit, & inde malum & tristitiam habebit. Quando pars fortunae infortunata fuerit, natus cogitationem & tristitiam pro mulieribus incurret.

De natis qui secrete cum mulieribus fornicantur. Cap. CLXXIX.

**Q**uando dominus septimæ domus in angulo terræ uel sub radijs Solis fuerit, natus cum mulieribus secrete fornicabitur. Quando dominus nuptiarum in domo nuptiarum fuerit, natus fornicationem suam cælabit. Quando Mars dominus partis nuptiarum ac in septima domo fuerit, natus cum aliqua de progenie sua secrete fornicabitur. Quando Saturnus et Mars in sexta domo fuerint, natus coniugium aut fornicationem suam abscondet, præsertim si partem coniugij, nec etiam septimam domum et eius dominum aspexerint, fornicatio nati celabitur. Sed si dicta loca aspexerint, manifestabitur. Quando Venus in tertia domo et occidentalis existens in termino suo uel in termino Iouis fuerit, natus uxorem secrete accipiet, bonum tamen ab ea necnon diuicias et fortunam habebit.

De natis quorum uxores prius morientur. Cap. CLXXX.

**Q**uando Luna in quarta domo fuerit, uxores nati morientur, ac inde dolens erit. Quando Venus in angulo terræ fuerit, et Saturnus ac Mars eam aspexerint, uxores nati morientur, et mors earum erit absconsa. Et si illud signum mobile fuerit, multæ nati uxores ante ipsum morientur. Quando dominus septimæ domus in octaua domo fuerit, uxores nati ante ipsum morientur, et remanebit solus. Quando Luna à Marte separata Veneri in occidente existenti applicuerit, natus multas uxores habebit, sed ipsæ ante eum morientur. Quando Saturnus in septima domo natiuitate nocturna existente fuerit, et Venus ac Luna ei coniunguntur, mortem uxoris nati significant, necnon impedimentum coniugij, ac domus in qua natus est destructionem indicat. Quando Venus in septima domo fuerit, et fortunæ sine infortunatarum aspectu ipsam aspexerint, natus mortem uxorum suarum uidebit. Quando dominus septimæ domus combustus uel descendens seu infortunatus in secunda domo fuerit, uxores nati ante ipsum morientur, quia secunda domus est octaua à septima. Quando una infortunatarum in quarta uel septima domo fuerit, natus mortem uxoris uidebit. Quando Venus occidentalis existens infortunæ iuncta fuerit, citam mortem uxoris portendit. Quando dominus septimæ domus ab aspectu Martis & Mercurij infortunatus fuerit, et Iupiter non aspexerit, natus uxorem propter zelotypiã interficiet. Quando pars coniugij et Mars in eodẽ gradu fuerint et Mercurij infortunatus eos aspexerit, natus

uxores suas suffocabit, uel proditorie interficiet ac eas decipiet. Quando Mars et Venus in duodecima domo fuerint, natus uxorem occidet. Quando Venus in domo Martis fuerit, natus à mulieribus malum habebit, et causa fornicationis ac zelotypiæ interficiet eas.

### De numero uxorum nati. Cap. CLXXXI.

**D**ixit Dorochius: numerus planetarum inter medium caeli et Venerem existentium, numerum uxorum nati significat. Et si natiuitas mulieris fuerit, computa à medio caeli usque ad Martem. Quod si Mars in medio caeli fuerit, computa à Marte usque ad Iouem, et secundum numerum planetarum inter ipsos existentium, erit numerus uirorum natae uel mulieris.

### De tempore quo natus uxorabitur. Cap. CLXXXII.

**Q**uando Iupiter ad gradum partis coniugii per Athazir applicuerit, uel pars coniugii ad gradum Iouis, aut dominus septimae domo ad gradum domini ascendens, aut quando Iupiter ad gradum Veneris applicuerit, dando cuilibet gradui unum annum, haec omnia significant coniugium illo tempore fieri. Quando annus reuolutionis ab ascendente ad secundum signum peruenierit, natus illo anno uxorabitur. Et si illud signum mobile fuerit, natus plura coniugia faciet. Et si commune fuerit, duas uxores habebit, et fixum unam tantum.

### Capit. in octaua domo, quae mortis dicitur significatrix.

**S**ciendum est quod mortes hominum sunt multimodae, aliqui sunt qui uolunt mortem et ipsam timent. Et aliqui qui diligunt mortem, et non timent eam. Et alii sunt in morte fortunati, id est pulchram mortem habentes. Et alii qui poenam malum & laborem in morte habent. Sunt etiam qui se occidunt. Et quidam, qui mala morte moriuntur. Et quidam ornate in lecto suo uitam finiunt. Et quidam in terra aliena moriuntur, et alii in patria sua, & de his particulariter in sequentibus disseremus. Quando Aries fuerit ascendens, Mars qui est dominus eius, erit significator mortis, eo quod Scorpio erit in octaua domo, cuius etiam Mars est dominus. Natus ergo propter Martem in domo sua morietur, et similiter propter Martem erit litigiosus, qui causa suae mortis magnam habebit fortitudinem, necnon lites, bella, & latrocinia natum ad mortem inducentia inferet. Similiter quando Libra ascendens fuerit, Taurus erit signum domus mortis, et domina Venus octauae, quae domina mortis et uitae significat, quod natus mortem sibi inducet. Similiter mulieres, in quarum natiuitatibus Libra fuerit ascendens, mortem sibi per fornicationem, adulteria, et alia molestia inducet, et forsan, quod  
coitus

## DE NATIVITATIBVS.

coitus erit causa mortis earū, quādo Libra in ascēdēte hoc magis appetūt. Quando Sagittarius ascendens fuerit, cuius dñs est Iupiter signū exaltationis eius, uidelicet Cancer erit in 8 domo, et quia Iupiter significat religiosos ac fideles, atq; clericos, heremitas, et homines Deū orātes, signū est qd mors nati erit bona ac honorabilis, necnō qd eius aīa nutu Dei, in sinu Abrahæ collocabit.

### De natis mortē timētibus. Cap. CLXXXIII.

**E**T sunt Mercuriales, quia domus suæ mortis est Saturni uel Martis, q̄ significat metū ac mortes laboriosas et malas. Loca significatorum mortis sunt hæc, ascendēs et eius dñs, signum octauæ domus, et eius dñs, ac infortunæ ibidē existētes, pars mortis et eius dñs, primus triplicitatis anguli terræ dominus, signum octauū à Sole, signum octauum à Luna, dñs termini, gradus septimæ domus, Luna, et dñs domus eius. Scias ergo hæc loca, et aspice planetā, qui cōiungit testimonia istorū locorū, et sicut uideris de eis modo et natura, sic de morte nati iudica.

### De natis q̄ aliqua egritudine morientē. Ca. CLXXXIII

**Q**uando Mars uel Sol dominus octauæ domus existens in signo humido fuerit, natus ex egritudine calida et humida, sicut ex fluxu uētris et similibus morietur. Quando Mars sub radijs existens dominus septimæ domus fuerit, natus dolore uētris, uel alicuius corporis sui membri morietur. Quando Sol in septima domo ecliplatus fuerit, et dñs illius anguli in statione sua uel retrogradus, mors nati erit ex cronica egritudine. Quando Luna in angulo occidentis infortunata fuerit, natus egritudine calida et humida, aut ex apostematibus canerosis ac foetentibus morietur. Quādo Sol in ascendente fuerit, et Luna in occidente, et Mars in medio cœli, uel in angulo terræ, et Iupiter ibi testimonium nō habuerit, nec mortem aspexerit, mors nati erit ex humoribus adustis. Quando Luna cum Marte in septima domo fuerit, natus ex fluxu sanguinis per anum uel alium locum morietur.

### De natis qui mala morte morientur. Cap. CLXXXV.

**Q**uando Luna in 7 domo fuerit et infortunæ ipsam aspexerint, natus mala morte morietur. Quando Luna in 12 domo fuerit, et infortunæ ipsam aspexerit, natus mala morte morietur, & hæc significatio fortior erit, si una dictarū infortunarum domina 7 domus extiterit. Quādo Saturnus, Mars et Mercurius cū Ioue ac Venere in 4 domo fuerint, natus mala ac foetida morte morietur. Quādo Mars in septima domo fuerit, &  
Luna

## A L B V B A T E R

Luna ipsum aspexerit, natus mala morte morietur. Quando infortunæ post septimam domum descendentes fuerint, & Luna ex aliquo angulorū aspexerit, malam mortem nati significant. Quando domini triplicitatis quartæ domus in malis locis fuerint, et infortunæ eos aspexerint, natus super exitu animæ grauabitur. Quando Saturnus in natiuitate nocturna existente in octaua domo fuerit, et fortunæ eum non aspexerint, natus mala morte morietur.

### De natis qui morte subitanea morientur. Cap. CLXXXVI.

**Q**uando caput Draconis, Saturnus et Mars in quarta domo fuerint, natus mortem subitanæ incurret. Quando Luna natiuitate nocturna existente in octaua domo fuerit, et infortunæ ipsam aspexerint, natus morte subitanea morietur. Quando primus dominus triplicitatis anguli terræ extra domum suam fuerit, et octaua domus infortunata fuerit, ac fortunæ ab ea cadentes, mors nati erit subita. Quando Mars in domo Lunæ fuerit, natus ferro aut sanguinis effusione subito morietur.

### De natis qui in aqua morientur. Cap. CLXXXVII.

**Q**uando Saturnus in quarta domo occidentalis ac in signo mobili fuerit, et Mars ipsum aspexerit, natus in aqua morietur. Quando signum quartæ domus, pars mortis, et eius dominus, necnon Saturnus et primus triplicitatis dominus in signis aqueis fuerint, et eorū maior pars, natus in aqua morietur. Quando planeta qui testimonia dictorum significatorum coniungit, in signo aquæ fuerit, mors nati erit in aqua. Quando dominus quartæ domus in septima domo ac in signo aqueo fuerit, natus in aqua aut propter nimium potum aquæ morietur. Quando Saturnus, Mars et Luna in medio cœli ac in signo aqueo fuerint, mors nati erit in aqua uel à nubibus cœli.

### De natis qui per ignem morientur. Cap. CLXXXVIII.

**Q**uando dominus quartæ domus in septima domo ac in signo igneo fuerit, et fortunæ ipsum ex signis igneis aspexerint, natus igne morietur. Quando Luna cum Marte in octaua domo fuerit, natus comburetur. Quando omnes planetæ mortem significantes in signo igneo fuerint, natus igne morietur. Quando planeta qui testimonia planetarum significatorum mortis coniungit in signo igneo, natus cremabitur. Quando Luna septimæ domus domina fuerit, et Mars ac Sol ipsam ex septima et decima

## DE NATIVITATIBVS.

& decima domo aspexerint, natus comburetur. Quando Luna in signo angulorum uel succedentium ac in signo igneo fuerit, & infortunæ sine aspectu Iouis ex signis igneis aspexerint, natus igne morietur.

### De natis qui cadendo ab altis morientur. Cap. CLXXXIX.

**Q**uando Sol in octaua domo fuerit peregrinus ac infortunatus, & infortunæ dominus octauæ domus aspexerint, natus ex loco alto corruet uel morietur. Quando Luna in aliquo angulorum uel succedentium fuerit, et Iupiter peregrinus in secunda uel duodecima domo ac in signo terreo extiterit, natus cadendo ab alto morietur. Quando Saturnus dominus octauæ domus fuerit, ruet et morietur. Quando Iupiter & Mars in occidente fuerint, & angulum terræ non aspexerint, natus cadendo de alto morietur. Quando Luna in medio cœli fuerit, & infortunæ in eius oppositione, domus uel murus, aut arbor super natum corruet & morietur.

### De natis qui ueneno uel toxico morientur. Cap. CXC.

**Q**uando dominus octauæ domus peregrinus, et à Marte uel Saturno infortunatus fuerit, et in Cancro, Scorpione uel Piscibus extiterit, natus à serpente percutietur, aut ueneno uel toxico morietur. Quando Venus domina & domus existens impedita fuerit, natus ueneno à mulieribus dato morietur, aut medicinam accipiet, quæ ipsum mori faciet. Quando Venus domina octauæ domus existens infortunata fuerit, & similiter signum octauæ domus infortunatum, natus ebrietate aut nimia uini potatione uel ueneni susceptione morietur. Quando Venus mortis aut præscriptorum locorum mortem significantium dominatrix fuerit, necnon ab omni nocumeto libera, natus dolore uentris morietur. Et si impedita fuerit, natus propter excessum medicinæ uel coitus interibit. Quando cauda draconis in 4 domo cum Mercurio fuerit, natus mortifero medicamento, aut per nigromantiam uitam finiet. Quando Luna in octaua domo cum cauda draconis fuerit, natus purgatorijs uenenosis aut haustu mortifero morietur.

### De natis qui à bestiis comedentur uel interficientur. Cap. CXCI.

**Q**uando dominus 12 domus cum Saturno in ascendente fuerit, bestiae natum comedent, ipse tamen uenationem et canes amabit. Quando pars fortunæ in secunda domo fuerit, et infortuna ascendens, et dictam partem aspexerit, natus à feris uel canibus comedetur. Quando Mars dominus octauæ domus existens cum  
s Luna



Luna in signo bestiae iunctus fuerit, animalia natum comedēt, ac eum interficient. Quando Luna in aliquo angulorum uel succedentium fuerit, & Iupiter peregrinus in angulo, ac in signo quadrupede, maxime in Leone, natus à feris comedetur uel interficietur. Quando Luna cum Saturno & Marte in medio coeli iuncta fuerit, ac in signo quadrupede aut in Virgine, feræ natum comedent & interficient.

### De natis q̄ gladio moriētur uel suspēdētur. Ca. cxcii.

**Q**uando dominus domus uitæ in septima domo fuerit, & Mars dominus septimæ domus, ceruix nati abscindetur. Quādo Mars in decima domo et Luna in septima fuerit, et fortunæ ipsam non aspexerint, natus ab inimicis uel latronibus occidetur. Quando Luna domina septimæ domus existens infortunis alligauerit, aut à combustione impedita fuerit, & Sol in sexta domo infortunatus, natus iussu regis occidetur. Quando una ex infortunis in medio coeli fuerit, et alia in angulo terræ, natus occidetur uel suspendetur. Quando Luna in ascendente, & Saturnus in medio coeli, et Mars in angulo terræ sine alicuius fortunæ aspectu fuerint, natus interficietur aut decapitabitur, et postea suspendetur. Quando Mars cum capite Draconis in octaua domo fuerit et dominum octauæ impedit, natus in carcere morietur. Quando Mars in octaua domo fuerit, et dominum octauæ impedit, mors nati erit per ferrum. Quando aliqua infortunarum natiuitate diurna existente in octauo signo à Sole fuerit, uel in octauo signo à Luna natiuitate nocturna existēte, idem significat, quod in octaua domo ab ascendēte significabat. Quando gradus septimæ domus impeditus fuerit, et eius dominus similiter, mortem pessimam significat. Quando luminaria cum capite Algol fuerint, & natus ibidem malo aspectu aspexerit, natus manibus ac pedibus truncatis suspendetur. Quando Sol in septima domo post coniunctionem Lunæ eclipsatus fuerit, natus à prædonibus uel raptoribus occidetur. Quando Mars natiuitate diurna existēte in medio coeli fuerit, et Luna in Scorpione, et nulla ex fortunis ibi ex angulis aspexerit, nec ibi alligauerit, natus ab inimicis uel latronibus occidetur. Quando cauda Draconis, Iupiter, Venus & Saturnus in octaua domo fuerint, natus occidetur, & forte sine causa decapitabitur uel suspendetur. Quando Saturnus in ascendente fuerit, et Luna in occidente, et Mars eos ex quarta domo aspexerit, natus occidetur uel suspendetur. Quando Saturnus cum Marte in occidente uel angulo terræ fuerit, natus gladio occidetur. Quando Saturnus, Iupiter et Mercurius in occidente fuerint, natus in bello occidetur. Quādo infortunæ partem mortis sine aspectu fortunarum aspexerint, natus interficietur. Quando dominus partis mortis in opposito domini octauæ domus fuerit, ac in signo sibi inimicante, natus interficietur. Quando Saturnus et Luna in occidente fuerint, & Mars in angulo terræ, natus occidetur uel suspendetur. Quando Mars in octaua domo fuerit, aut octauam domum impedit, natus ferro morietur.

De natis qui se interficient. Cap. cxciii.

**Q**Vando Sol & Luna, Iupiter & Venus in medio cœli fuerint, & Saturnus ac Mars ipsos aspexerint, dum tamen unus eorum sit dominus secundæ domus, natus se suspendet. Quando septima domus et eius dominus infortunati fuerint, et dictus dominus in ascendente fuerit, natus occidet se. Quando dominus uel ascendens septimæ domus Lunam non aspexerit, natus se occidet. Quando dominus ascendentis domini domus mortis applicuerit, uel dominus domus mortis, aut dominus septimæ domus in ascendente fuerit, & Lunam non aspexerint, natus se interficiet. Quando Saturnus et Mars in decima domo fuerint, et dominus ascendentis infortunatus, et Luna à domino ascendētis separata ascendens non aspexerit, natus suspendet se et occidet. Quando Mars in ascendēte fuerit, & Luna in occidente, et fortunæ eos non aspexerint, natus se interficiet.

De natis q̄ occasione mulierū moriētur. Cap. cxciiii.

**Q**Vando pars nuptiarum in octaua domo fuerit, et dominus eius infortunatus fuerit, natus occasione mulierum morietur. Quando Venus domina nuptiarum existens in sexta domo infortunata fuerit, mors nati erit causa ancillæ. Quando Venus, Luna peregrina existente, in septima domo fuerit, et infortunæ eam aspexerint, natus occasione mulierum morietur. Et si Iupiter loco Veneris fuerit, mors nati erit causa suæ prolis. Et si Mars loco Veneris fuerit, natus occasione fratrum morietur. Et si Saturnus loco Veneris fuerit, mors nati erit occasione patris. Et si Luna loco Veneris fuerit, natus occasione matris morietur.

De natis quorū mors erit secreta. Cap. cxcv.

**Q**Vando dominus triplicitatis quartæ domus in quarta uel septima domo fuerit, natus in secreto loco morietur, et non reperietur aliquid de ipso. Quando dominus octauæ domus infortunatus fuerit, uel signum decimum infortunatum, natus occasione amicorum et propinquorum secrete morietur. Quando dominus octauæ domus et dominus partis mortis, & significatores in morte communes, necnon planeta, qui testimonia ipsi coniungit in quarta domo sub radijs Solis fuerit, aut eorum maior pars, natus secrete morietur. Quando dominus ascendentis infortunæ in angulo terræ existenti applicuerit, nullus de morte nati noticiam habebit.

De natis q̄ in terra uel patria sua moriētur. Ca. cxcvi.

## A L B V B A T E R

**Q**Vando dñs octauæ dom9 in domo 8 et in aliqua domorū suarū fuerit, nat9 in domo uel patria sua moriet̃. Quādo signū octauæ dom9 et eius dñs infortunati fuerint, nec impediti, natus in domo uel patria sua uitā finiet. Quādo Iupiter et Ven9 sine Saturni aspectu mortē trino aspectu aspexerint, nat9 in terra uel patria sua moriet̃. Quādo Mars in ascēdēte fuerit, et Iupiter ipsum trino aspectu aspexerit, nat9 in terra uel patria sua morietur. Quando pars mortis in aliquo angulorum ab infortunis salua fuerit, natus in terra uel patria sua morte naturali dies suos finiet.

### De natis qui extra patriam aut in loco extraneo morientur. Cap. CXCVII.

**Q**Vando dñs 8 domus in 1 2 domo fuerit, nat9 in itinere moriet̃, et occasione mortuorū impedimētū habebit. Quādo dñs quartæ dom9 naturaliter signo dictæ dom9 inimicus fuerit, & 6 uel 1 2 domū possederit, natus in terra extranea moriet̃. Quādo ps mortis in una 4 fuerit, et eius dñs in altera, natus extra terrā suā moriet̃. Quādo pars mortis in 3 uel 9 domo fuerit, nat9 extra terrā suā morietur. Quādo pars mortis et eius dñs, ac dñs 7 dom9 in ascēdēte fuerit, aut in signis in qbus dñs ascēdētis nullā dignitatē habeat, natus extra terrā suā moriet̃. Quādo dñs anguli terræ in 8 domo fuerit, natus extra terrā suā morietur. Quādo dñs 8 domus in 3 domo fuerit, nat9 extra terrā suā morietur. Quādo Luna natiuitate diurna existente in 5 domo fuerit, ac infortūæ alligauerit, natus extra terrā suā morietur. Quādo Saturn9 in 4 domo fuerit, et Mars peregrin9 existēs ipsum aspexerit, natus extra terrā suā moriet̃. Quādo Iupiter dñs 8 dom9, necnō peregrinus ac infortunatus fuerit, 8 domo similiter infortunata, natus in loco extraneo causa regū uel principū moriet̃. Quādo dñs 8 dom9 in 2 domo fuerit, nat9 in loco extraneo moriet̃. Quādo Venus, Saturn9, Mars, et Luna in 9 domo fuerit, nat9 in terra extranea siti uel morfu bestię moriet̃. Quando dñs 8 dom9 peregrinus fuerit, natus extra terrā suā moriet̃. Quādo Sol in medio cœli fuerit, et Mars ipsum malo aspectu aspexerit, natus in terra extranea morietur.

### Capitulum in nona domo quæ itinerū est significatrix.

**I**n itineribus nati aspiciere debemus ad signū 9 dom9 et eius dñm, ad signū 3 domus et eius dñm, ad partē itineris et eius dñm, et Martē et Mercuriū, necnō ad planetā q in 9 domo fuerit, aut qui testimonia dictorū locorū collegerit, et sicut inueneris, iudicabis. Quādo dñs 9 dom9 in ascēdēte fortis ac fortunatus fuerit, et infortūæ testimonia cū ipso nō habuerit, tūc nato iter erit cōueniēs ac in illo gaudēs, astutus et sapiēs, dirigeturq in ipso itinere status et corpus eius. Quādo Luna in 3 domo orientalis ac de sub radijs Solis apparēs fuerit, nat9 itinera diliget, et pfectū inde habebit cū gaudio. Quando Luna in 5 domo fuerit, et Iupiter et Mars bono aspectu aspexerint

## DE NATIVITATIBVS.

aspexerit, natus gaudiū, fortunā & utilitatē in itinere habebit, & illud sine gaudio nō proficiet, maxime si dñs 9 domus in bono loco, ac in aliqua dignitatum suarū fuerit, & infortunæ ab eo ceciderint. Quādo Sol Venus & Mercurius in 9 domo fuerint, natus in itinere gaudiū & profectū consequetur, & quod diligit in eo suscipiet. Quādo Luna in natiuitate existēs, in 9. domo, ac in signo fœminino fuerit, natus multa itinera faciet, & occasione ipsorum diuitias & honores consequetur, eritq; in eis fortunatus. Quādo Luna & eius dominus in loco itinerum fuerit, natus itinera diligit, in eis gaudebit, & profectum inde habebit, maxime si Luna & Venus fortunatæ fuerint, nam tunc ex itineribus suis magnum bonum & honorem consequetur. Quādo dominus ascendētis in nona domo fuerit, & dominus nonæ domus in ascendēte, natus itinera diligit, aut in eis gaudebit. Quādo Luna die tertia à natiuitate fortunæ alligauerit, & illa fortuna extra radios Solis oriētalis fuerit, natus erit in itinere fortunatus, ac bonū ex itineribus suis habebit. Et si dictus planeta infortunatus ac orientalis fuerit, necnō in aspectu uel termino fortunæ, natus longa faciet itinera, eritq; incursor de loco ad locū cū modico facto. Quādo dñs nonæ domus in aliquo angulorū fortis ac fortunatus fuerit, & fortunæ ab ipso cadentes, natus in itinerib; suis erit fortunatus, ac ex eis bonū & fortunā iueniet, necnō ab eo honor, & utilitas remouebitur, quādiu de itineribus se intromittet.

### De natis qui in itineribus suis morientur, aut ab eis nunq̃ reuertentur. Cap. cxcviii.

**Q**uādo Iupiter & Venus in quinta domo fuerint, natus filios habebit, q̃ in itineribus & uiagijs suis nunquā reuertent̃. Quādo Mercurius de sub radijs Solis apparēs, in medio cœli cū Marte fuerit, natus terrā suā exhibit, & nunquā ad eā reuertetur. Quādo Saturnus in domo Lunæ fuerit, natus iter longū arripiet, à quo uix aut nunq̃ ad terrā suā reuertet̃.

### De natis qui in itineribus suis reuertētur. Cap. cxcix.

**Q**uādo Saturnus in domo sua fuerit, natus longū iter arripiet, sed ad terrā suā reuertetur. Quādo Mars in ascendēte fuerit, & aliquā dignitatē in domo itinerū habuerit, natus longa itinera faciet, & ab eis in terrā suam reuertetur. Quādo Venus cū Ioue, Mercurio & Marte fuerit, & Luna eos aspexerit, natus multa itinera arripiet, à quibus in terram suam reuertetur.

### De natis qui damna & infortunia occasione itinerum incurrent. Cap. cc.

**Q**uādo infortunæ in tertia domo fuerint, & dñs eius impeditus ac  
s 3 in malo

## A L B V B A T E R

In malo loco, natus occasione itineris malū ac detrimentū habebit. Quādo Luna natiuitate diurna existens in tertia domo, ac in signo foeminino fuerit, & infortunæ ipsam aspexerint, natus ex itineribus suis paruū profectū, & multū mali suscipiet. Quādo Mars & Venus in quinta domo fuerint, & Luna eos bono aspectu aspexerit, natus multa itinera faciet, atq; ex eis cogitationes multas, & rarū bonū accipiet. Quādo Luna natiuitate diurna existens in septima domo fuerit, natus in itineribus suis egrotabit. Quādo Saturnus, Mars, Venus & Luna in domo itineris fuerint, natus ex itineribus suis laborē multū, & paucum lucrū consequetur, nec quod sibi placeat in eis uidebit. Quādo Mars ascendēs trino aspectu aspexerit, & Luna cum eo iuncta fuerit, natus multa itinera faciet, & malū potius ex eis quān bonū consequetur. Quādo Mars in domo Mercurij fuerit, natus multa itinera arripiet, & occasione eorum dāna incurret. Quādo dñs domus itineris in signo aqueo existens, dominum ascendentis infortunauerit, natus per mare iter faciet, in quo multa mala & metus patietur. Quādo Mars dominus domus itineris fuerit, & dominum ascendentis sine fortunarum malo aspectu aspexerit, natus multa mala in itineribus suis patietur, ita quod morti uicinus erit. Quādo dominus triplicitatis Solis in natiuitate diurna, aut domini triplicitatis Lunæ in natiuitate nocturna, cadentes ab angulis, ac infortunati fuerint, nec ascendentes aspexerint, natus in itineribus suis non erit fortunatus, licet libenter itineret. Quādo planeta testimonia planetarū itinera significātium coniungēs, in loco malo ac uituperabili fuerit, natus ex itineribus suis uituperabit, eritq; in eis multū mali ac laboris. Quādo dñs domus itineris, & dñs partis itineris in signo aqueo infortunati fuerint, maior pars itinerū nati in aqua fiet. & inde malū ac laborē consequet, maxime si infortunæ ipsum aspexerint, ab eis ceciderintq; fortunæ, aut q; Saturnus infortuna fuerit. Sed si Mars infortuna fuerit, accidet nato malū, & timor à latronibus & bellatoribus. Et si significatores p̄dicti in signo terreo fuerint, erit maior pars itinerum p̄ terrā, aut p̄ nemora et loca deserta. Quādo dñs ascendētis ad dñm domus itineris iuerit, natus iter excogitatum arripiet. Quādo dñs ascendētis à dño domus itineris separatq; fuerit, natus itinera odio habebit, nec de ipsis curabit. Quādo dñs domus itineris à dño ascendentis separatus fuerit, natus itinera q̄ret ac uelociter ea arripiet, sed parū aut nihil boni ex eis accipiet.

### Capitulum in decima domo, quæ domini ac honoris nati est significatrix.

**A**spice ergo pro dño et honore nati ad mediū cœli et eius dñm, necnō ad Solē natiuitate diurna, ac Saturnū natiuitate nocturna. Et scias Almuten super hæc loca, nā si inter ipsum Almuten et ascendētis Almuten aligatio fuerit, natus regnū ac dominiū habebit, alioquin nō. Alij aut dicūt,  
aspice

## DE NATIVITATIBVS.

aspice prædictorū locorū significatorē, nā si fortior ex eis in domo sua fuerit, necnō dñō ascendētis applicuerit, aut aliq̄ cōuenientiā cū eo habuerit, natus ad regnū uel dominiū perueniet, ac per ipsum honorē et gloriā cōsequet̄. Sed si inter eos nulla applicatio aut cōuenientiā fuerit, natus regno uel dñō carebit, et possessio eius modica erit. Dixit Vbelius & Vebinus. Aspi- ce mediū cœli et dñm eius, necnō Almuten magisterij, et eius partem ac do- minū eius. Deinde aspice Almuten super hæc loca, siue unū aut plura fue- rint. Deinde aspice eius naturā et misce cū Almutenascēdētis, et secūdmō- dos et cōuenientiā iudica. Et si fuerit de obliqs modis q̄s nominauim⁹, nat⁹ erit multi magisterij ac dominij, et nō remouebit̄ ab eo. Similit̄ aspice Solē, nā si in aliqua ex 4 occidētalibus fuerit, regnū aut dominiū nati erit in fine uitæ suæ. Et si dñi triplicitatis fortes fuerit, nō remouebit̄ eius dominiū uel exaltatio. Si uero impediti fuerint, impediēt p̄pter q̄d faciendū, q̄ primus dñs triplicitatis Solis significat dñiū siue regnū circa principiū uitæ, medi- etatē cōferūt 2. 3 partē & 3. 6. Quidā etiā dixerūt, q̄ quādo Saturnus natiui- tate nocturna existēte in angulo fuerit, & Mars similiter natiuitate diurna in angulo, et maximē in ascendēte uel medio cœli, nat⁹ in exaltatiōe ac do- minio p̄manebit, donec anni Saturni uel Martis minores cōpleti fuerint, & post illud tempus ille qui exaltationem à Marte habuerit, post illud tempus persequutioēs et opprobria incurret, et forte occidetur. Sed ille qui exaltationem à Saturno habuerit, post illud tempus incarcerabitur, uel exul efficietur, aut fame aut miseria morietur.

### Cap. in undecima domo quæ amicorū est significatrix.

**A**spice ergo in amicis et amicitia nati ad 11 domū et eius dñm, ad par- tem amicorū et eius dñm, ad Venerē, Iouē ac Martē, et ad planetā in 2 domo existentē, necnō ad planetā, q̄ testimonia dictorū significatorū con- iungit, et secūdm statū eius in sua fortitudine et debilitate fortitudinis ac in- fortitudinis directione et retrogradatione, et sic de alijs planetarū statibus siue modis, de statu nati quo ad amicitiam iudica.

### De amicitia regum aut uirorum sublimium erga natum. Cap. cci.

**Q**uando Venus in ascēdente ac in aliqua dignitatū suarū fuerit, nat⁹ amicitiam cū uiris potētibus ac nobilibus mulieribus habebit, et in- ter eos erit magnus & honorat⁹. Quādo dñs 3 domus in bono loco ab ascendēte ac in aliqua dignitatū suarū fuerit, et fortunæ ipsum aspexerit, infortunæ uero ab ipso ceciderint, natus amicitia cum regibus ac uiris po- tentibus habebit, cōsequeturq̄ ab eis, et etiā amici eius profectum & hono- rem. Quando signum tertiæ domus fuerit Leo uel Cancer, & Iupiter in eo aut ipsum aspexerint, natus à uiris sublimibus diligetur, & inde bonum

## A L B V B A T E R

ac fortunā impetrabit. Quādo in natiuitate diurna Sagitarij uel Piscis in 4<sup>a</sup> domo fuerit, et fortunæ ibidē aspexerint, maxime Iupiter, infortunæ uero à dicta domo ceciderint, natus cum regibus aut uiris potentibus amicitia habebit, eritq; ab eis honoratus. Quando Iupiter in 4<sup>a</sup> domo et in aliqua dignitatum suarum fuerit, natus occasione parentum amicitia cum regibus aut uiris illustribus habebit, & inde bonum & fortunā consequetur. Quando Venus in quarta domo fortunata fuerit, natus amicitia cū regibus aut potentibus in senectute habebit, bonumq; ac fortunam in fine ab ipsis recipiet. Quando Sol in quinta domo ac in sua facie fuerit, natus amicitia regum ac sublimiū acquirat, ac ipsum in agendis proponat. Quando Mars in quinta domo fortis ac ab infortunis liber fuerit, et fortuna p̄cipue Iupiter aspexerit eum, natus à regibus aut uiris illustribus multum honorabitur. Quando Venus in quinta domo fortunata ac fortis, necnō ab infortuna libera fuerit, natus erit regum aut principum amicus, & à mulierib; potentibus diligetur & honorabitur.

### De amicitia hominum malorum & uilium & quorundam aliorum erga natum. Cap. CCII.

**Q**uando pars amicorum et eius dñs in 2. 5. 8 aut 12 domo fuerint in fortunati, natus erit malefactorū aut fornicatorum amicus. Quādo pars amicorū in loco uituperabili infortunata fuerit, natus erit malorum ac uilium hominum amicus, et inde sibi infamia cōsurgetur. Quando dominus domus amicorum dño ascendentis ex tertia domo pulsauerit, natus amicitia in fratribus et propinquis habebit. Quod si dictus impulsator infortunatus fuerit, natus per amicitia illa malum ac uerecundia incurret. Quando dictus impulsator in quarta domo fuerit, natus amicitiam senum habebit. Quod si in quinta domo fuerit, erit paruorum ac minorum amicus, & inde infamiam consequetur. Et si in domo seruorū amicitia cum seruis ac miseris habebit. Et si in domo itineris fuerit, natus in terra aliena amicos acquirat, et lucrum inde habebit. Et si in duodecima domo fuerit, inimici sui fient ei amici. Et si dominus domus amicorum in octaua domo fuerit, natus mortem fratrum uel amicorum uidebit.

### De fideli & bona nati amicitia. Cap. CCIII.

**Q**uando Aries signum domus amicorum fuerit, natus erit bonæ amicitia et fidelis amicus, et fratres suos honorabit, ac illos in omnibus adiuuabit. Quando domus amicorum fuerit, natus erit aspiens & associans amicos, illosq; diligit & boni consilij erit cum ipsis. Quando fortuna domina ascendentis existens in undecima domo fuerit, natus ex amicis suis proficiet, habebitq; bonum ac honorem ab ipsis. Quando Pisces signum amicorum fuerint, natus erit multorum amicorū & pro

## DE NATIVITATIBVS.

& proficiet eis nati amicitia. Quando dñs domus amicorū dño ascēdētis alligauerit uel applicuerit, natus multos socios et amicos habebit, q̄ amorē ei⁹ procurabūt, et erit in negocijs eorū necessarius. Quando dñs ascēdētis dño dom⁹ amicorū applicuerit uel alligauerit, natus multorū amicitia acq̄ret, q̄ ei erūt necessarij, eritq̄ læt⁹, ac in negocijs amicorū gaudēs. Quando dñs 11. dom⁹ fortunat⁹ fuerit, ac in bono loco et statu, necnō ab infortūis liber existēs, dño ascēdētis cū receptiōe applicuerit, natus amorē & cōuenientiā cū amicis et socijs suis habebit, acq̄retq̄ ab eis utilitatē, et ipsi ab eo. Quando pars amicorū in aliq̄ angulorū, ac in signo fixo fuerit, et fortunæ ipsam aspexerint, et infortunæ ab ea ceciderint, natus erit firmæ amicitia, et magni p̄fectus fratribus suis, necnō cū amicis gaudēs, & ipsi cū eo. Quando pars amicorū & eius dñs, boni esse, ac in bonis locis fuerint, natus multos amicos & socios habebit. Et si dicta pars et eius dñs, fortunati fuerint, natus utilitatem ab amicis habebit, & ipsi ab eo. Et si cum hoc à fortunis recepti fuerint, natus utilitatem ab amicis habebit et ipsi ab eo. Et si cum hoc à fortunis recepti fuerint, natus erit ab eis dilectus.

### De natis qui discordiā cū amicis habebūt. Cap. CCIII.

**Q**uando planeta q̄ significator amicitia testimonia colligit seu cōiungit, planetā testimonia planetarū cōiungētē malo aspectu aspexerit, natus destruet amicitia amicorū, et erit eis odios⁹, mutabitq̄ amicitia eius in inimicitia. Quando pars amicorū in signo mobili fuerit, natus erit infidelis, et amicitia quā prius cū socijs uel amicis habebit destruet, et se ad inimicitia et p̄ditionē cōuertet. Quando dñs ascēdētis in domo amicorū retrogradus fuerit, et dominus amicorū similiter retrograd⁹, natus amicos suos p̄det, nec in amicitia sua firm⁹ erit. Quando dñs ascēdētis dñm dom⁹ amicorū impedierit aut infortunauerit, amici nati malū et grauitatē ab eo recipiēt. Et si dñs dom⁹ amicorū dñm ascēdētis impedierit, natus malū & grauitatē ab amicis uel socijs suis recipiet. Et si Venus aliū fortunauerit, natus utilitatē et auxiliū à socijs et amicis recipiet, et ipsi similiter ab eo. Quando dñs ascēdētis à dño 11. domus separatus fuerit, natus amicos odibit, & amicitia eorū destruet, ac solus esse diliget. Quando dñs 11. domus à dño ascēdētis separatus fuerit, amici nati habebūt eū odio, et amicitia ab eo abscindēt, necnō ab eis uituperabitur. Quando infortuna in 11. domo fuerit, malū esse amicorum significat, & q̄ natus paucos amicos habebit. Quando dñs 11. domus, undecimā domū nō aspexerit, natus societātē, amicitia, solatū cū aliq̄ nō habebit, diligetq̄ solitari⁹ esse, et ab hominib⁹ sequestrari.

### De natis q̄ malū ab amicis suis recipiēt. Cap. CCV.

**Q**uando signū 3. dom⁹, Taurus uel Libra fuerit, et infortuna dña 11. domus existēs illud signū aspexerit, natus malū ac detrimentū ab amicis suis consequetur. Quando Saturnus in 3. domo fuerit, natus  
malum



malū uehemēs recipiet. Quādo dñs 3 domo in 6 domo fuerit, natus detrimētū ab amicis uel ppinquis habebit. Quādo dñs 12 domo in 12 domo fuerit, & pars amicorū in 12. domo, natus grauamina et labores ab amicis recipiet. Quādo uirgo in domo amicorū fuerit, natus erit paucae amicitiae, ita q̄ amici ei de amicitia sua nō curabūt. Et si ibi infortuna fuerit, et dñm ascēdētis infortunauerit, natus occasiōe amicorū malū ac detrimētū icurret.

Cap. in duodecīa domo, quę est inimicorū significatrix.

**A** Spice p̄ inimicis nati ad 12 domū et eius dñm, et ad partē inimicorū et eius dñm, ad Saturnū, et ad planetā in 12 domo existentē, nec nō ad planetā, q̄ in dictis locis maiorē fortitudinē ac dominiū habuerit. Et sciendū est, q̄ si in domo inimicorū fuerit signū cōmune et dñs eius, nec nō pars inimicorū, et ei dñs in signo cōmuni fuerit, natus multos habebit inimicos. Quando plures planetę in domo inimicorū fuerint inimici, nati erūt multi, et status eorū in debilitate, aut fortitudine erit secundū statū dictorū planetarū. Quādo Gemini fuerint signū domo inimicorū, inimici nati erūt multi, sed debiles, ita q̄ nō poterūt ei nocere. Quādo Cācer signū domus inimicorū fuerit, natus erga inimicos suos humiliabit, et eos multū timebit. Et si Leo signū dictę domo fuerit, natus fortiorib9 se inimicabit, ac eos multū timebit. Et si Libra signū dictę domo fuerit, natus multos habebit inimicos, et nō inimicabit ei aliquis, qui cū eo nō litiget. Quando Pisces signū dictę domo fuerint, natus inimicos sine culpa habebit, erit q̄ oībus inuidiosus. Quādo planetę significātes inimicos, dñm ascēdētis, ac planetā q̄ maior dominiū in natiuitate habet, aspexerint, inimici nati & ei aduersarij multiplicabūt, et status eorū in debilitate aut fortitudine erit secundū statū dictorū planetarū. Quando planeta in domo inimicorū dñs domo fratrū fuerit, maior pars inimicorū nati erit ex fratrib9 suis uel propinqs, aut ex hoībus suę domo. Et si dñs domo patrū fuerit, parētes erūt ei inimici. Et ita dic de alijs hoībus, secundū eā naturā et significationē, nā si dñs domo inimicorū in ipsa domo fuerit, natus sibi inuidebit, et paucos habebit inimicos, qui aduersus eū inimicitia suā non detegēt, nec palā ei nocēbūt, sed inimicitia eorū erit occulta. Quādo dñs domo inimicorū in ascēdēte fuerit, natus erit laboriosus, ac multos habebit inimicos, q̄ in principio suę uitę anxietates ei inferēt. Et si in 2 domo fuerit, natus erit malorū opū, ac malę uitę atq̄ status, dicentēq̄ de eo uerba mala, & mēdacia multa. Et si in 8 domo fuerit, natus paucos habebit inimicos, & hæreditabit ex eo substantia multa. Et si in 9 domo fuerit, fratres sui ab inimicis grauamina recipient. Quōd si Saturnus iter arripuerit, habebit in eo molestias, ac malę legis erit. Quādo dñs ascēdētis in 12 domo fuerit, natus sibi met erit inimicus, & se magis ostēdet, q̄ alius. Quādo pars inimicorū ab infortunis libera, in aliquo angulorū fuerit, & dñs ei similis, natus uiris potētibus, ac ipso fortioribus inimicabit, euenietq̄ ei labor & malū, & erit hæc significatio fortior, si dñs ascēdētis sit infortunatus. Quādo pars inimicorū in 3.5.9. uel 2. domo

## DE NATIVITATIBVS.

domo fuerit, inimici nati fortunā supra eū nō habebūt, eritq; paucorū inimicorū. Et hæc significatio fortior erit, si dicta pars in 3 uel 9 domo fuerit, nā tūc inimici nati erūt religiosi, aut pauca offensiois. Et si cū hoc q; dicta pars sit infortunata, inimici nati erūt incātatores, aut cū dæmonib; loquēt. Quādo pars inimicorū in 2 domo fuerit, amici nati fiēt ei inimici. Et si in 5 domo fuerit, filij sui ei inimicabūt. Et si in 2. 6. 8. uel 12 domo fuerit, natus erit paucorū inimicorū, et ei nō nocebūt, nisi dñs dictæ partis infortunatus fuerit, ac dñm ascēdētis, & dictā partē infortunauerit, Et sciēdū est, q; inimicitia erit de natura illius domus, in qua dicta pars fuerit, nā si in 2 domo fuerit, erit inimicitia causa pecuniæ, si in 6 causa seruorū, si in 8 causa hæreditatū mortuorū, & si in 12 domo fuerit, causa inuidiæ. Quādo dñs cōiūctiōnis uel p̄uētionis natiuitatē p̄cedētis, in 12 domo fuerit, natus subito moriet. Quādo Saturnus uel Mars dñs 12 domus existēs in ascēdēte fuerit, natus magnū desideriiū uenādi habebit, & forte à fera uel tarte interficietur. Quādo caput draconis, Sol, Luna & Mercurius in 12 domo fuerint, magnas ac fortes infirmitates significāt, aut fractionē ossiū, uel cæcitātē, uel cōbustionē, & q; natus mala morte moriet, aut p̄ manus inimicorū suorū interficietur malignè, præsertim si Saturnus cū eisdem in 12 domo fuerit.

### De natis qui inimicos suos in potestate sua habebunt. Cap. CCVI.

**Q**uādo Mercurius in loco suo fortis ac fortunatus fuerit, natus inimicis suis resistere poterit, et eos subiugare. Quādo Mars et Venus in occidente uel in angulo terræ fuerint, natus super inimicos suos cōfortabit, eiq; humiliabūt, ac ad pedes eius ueniēt. Quādo dñs 12 domus cōbustus uel impeditus fuerit, siue cadēs aut peregrinus, seu ab aliqua infortuna infortunatus, inimici nati erūt pauci, et ad miseriam ueniēt, intrabitq; super illos metus. Quādo ascēdens dñm 12 domus nō aspexerit, natus paucos habebit inimicos. Quādo planeta, q; maiorē potestātē in ascēdēte habuerit, planetā testimonia significatorū inimicorū cōiungentē superauerit, natus super inimicos suos cōfortabitur, ac sub pedibus suis erūt, & qd uolet, ex eis habebit. Quādo Venus horū planetarū alterū nō aspexerit, natus ab inimicis suis euadet, et in ocio et pace sine metu uiuet. Quādo aliqua duarū infortunarū in domo inimicorū fuerit, et dñs domus inimicorū à malo loco ab aliqua infortuna infortunatus, natus qd desiderabit de inimicis suis, habebit. Quādo fortuna in aliqua dignitatum suarū existēs in 12 domo fuerit, inimici nati erūt boni ac iusti, et ipse ab eis euadet. Et si infortuna ibi fuerit, inimici nati erunt mali. Quādo dñs domus partis inimicorū domino ascendentis bono aspectu applicuerit, inimici nati cum nato amicabuntur, et coram eo humiliabuntur, si Deus uoluerit.

Explicit liber Alubatris natiuitatum magni Alchafili filij.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Extremely faint and illegible text, possibly bleed-through or very light printing.